 uersarioz opinōes z semina falsitatū radicit<sup>9</sup> euellere: z ve/  
 ritatē catholice fidei: quā supiore die virilit defēsaerāt: ha/  
 būde: fidissime: clare aperteqz mōstrare. Innumerabiles ef/  
 vt ita dicam doctores sanctos z viros illustres humanarū di/  
 uinarumqz litteraruz peritissimos: qui huius nostre verita/  
 tis egregij z acerrimi extiterunt defensores: sicut oportebat  
 nominatim expressi: eorumqz sententias: quantū sufficere vi/  
 debatur: sine vlla ābiguitate digessi. Qui omnes pariter ap/  
 tissime profitebantur: beatam virginem vt tunc referebā in  
 originali pctō fuisse pceptaz. Testis est quia nō mentior ma/  
 gna scolariū tuoz caterua: qz qz dēte: silēter: atqz accurate me  
 legētē audiebat: si tā relatu difficile qz visu pulcherimū erat.  
 Testes qz plures tui itegerrimi z gūissimi ciues: testes vtri/  
 qz iurī: doctores clarissimi. Testes eruditissimi in phia pcep/  
 tores/ qb<sup>9</sup> / vt athene bonaz artū inuētrices: multis retro  
 annis tua floruit floretqz ciuitas. In oēs / qz vera de beate  
 virgis cōceptiōe teneā: qz cōsentāea fidei pdicari: nisi eis vt  
 aiūt fata iuiderit: parit attestari pnt. Nō hū lauari. si talla/  
 res: nō sutores: nō demqz artifices sūt: s3 graues: sed spectati  
 sed clari: sed eruditi viri. Qui p spectra veritate: tāta suspeni





sunt admiratione ut non solum opinionem nostram (nostram dixerim  
an fidei) amplectati sint. verum etiam diuino accessi spiritu eam predicare  
maximam curam gerebant. Nec hoc satis erat: eorum incredibili  
desiderio scilicet et religiosa quadam studiositate me frequenter roga-  
runt. ut ad perpetuam memoriam rei memoriam: ea que a me tunc arguendo  
tunc respondendo dicta fuerant: in scriptis redigere vellem. Quam  
in re eis assentire nolui. licet ardentibus precibus instarent: ne  
id forte arrogantis vitio mihi datum esset. Illudque eis sepe respon-  
dere solitus eram. quod malem aliena patienter legere: quam mea im-  
pudenter ingerere. Verum ubi ab augustino ariminensi secre-  
tario tuo ad me relatum est. quod excellentissima oratio tua hanc edi-  
tionem habere summopere cupiebat et me ad hoc munus ex solu-  
uendum vehementer hortabatur: votis tuis propter eam obseruan-  
tiam quamdiu in predicando ordinem habuisti. atque usque in hanc  
diem custodiri prospicimus: nec potui obistere nec desinere. Quamquam  
ut religioso excellentie tue desiderio etiam ultra vires morem  
gerere ea omnia que in lectione et disputatione decem fuerant: in breui  
tractatulo compendiose et ordinate redigi: que quasi primi-  
cias lucubrationum mearum / celsitudini nominis tui statim de-  
dicare. Nec virtutes tue meritaque clarissima. hec parentum  
tuorum gloria quam ornas auges illustras: peculiari quodam iure  
sibi poscere videntur. Quia igitur fronte humanissime princeps  
libellus hunc ex sententis virorum illustrium confectus: pro tua con-  
suetudine suscipias. ita repressus ut legentes fastidio non affi-  
ciat / ita tamen varius: ut et logicos et philosophos facile demulce-  
re possit. Quod si tue dignitati placet: de singulari prerogativa  
puritatis conceptionis saluatoris domini nostri Iesu christi nuncupe-  
mus. In quod in primis seruabimus ut in eo sacri doctores (non  
ego) loquentes: maiorem et libello auctoritate afferant. et veri-  
tatem facilius persuadere possimus. Facile enim est his adhere-  
re: quos probatos et vita et scientia nouerimus. demum hijs freti  
auxilijs ac veritate comite pro cuius amore / certatim duxi-  
mus: hunc quem tam papaliter sustentare conantur errores. ut quid  
mortale ut putiosum ut falsitate plenum ut fidei diuinisq; litte-  
ris contrarium: tunc diuinis oraculis. tunc ex eorum codicibus. tum va-

Titul<sup>o</sup> libri.

lidissimis rationibus / quas greci cornutas appellant: demonstrare  
curabo prestante domino nostro Iesu christo que hac singulari sancte con-  
ceptionis prerogativa gaudet per infinita secula seculorum amen.

Explicit epistola narrativa disputationis facte de concep-  
tione beate virginis marie.

Ad illustrissimum et excellentissimum ducem dominum dominum. her-  
culem Estensem tractatus de singulari puritate et prerogati-  
ua conceptionis saluatoris nostri Iesu christi editus per fratrem  
Uicentium de bandelis de castro nouo terdonensis diocesis  
ordinis predicatorum continens disputationem coram celsitu-  
dine sue orationis factam feliciter incipit.

Primum capitulum in quo ponitur auctoris intentio et totius  
opis divisio cum tribus conclusionibus et totidem correlarijs.

**D**eculare hanc dignitate princeps illustrissime  
sacri doctores: viri excellentissimi: fundatoresque or-  
todoxe nostre religionis tantum christo redemptori nostro tri-  
buere quod absque peccato solus conceptus sit. solus in  
conceptu mundus solus iustus. innocens. sanctusque  
extiterit. idemque inter mortuos liber solus fuerit. Peris nulli  
us culpe reatu. mortem indebitam sustinuisse / simulque affirmant  
ipsius sanguinem innocentem fudisse: saluandi humani generis gratia  
et fideles quosque (qui ei veluti membra capiti conserti sunt) ea  
acerba tyrannide. qua prius captiui tenebantur. redemisse. atque  
eterno patri eos antea inimicissimos conciliauisse. huic autem sin-  
gulari puritatis excellentie: detrahere nephandissime videntur  
qui contra sanctorum patrum clarissimas sententias beatissimam virgi-  
nem: in sui conceptione ab originali fuisse peccato immunem: conan-  
tur astruere. Ut igitur videre possimus. utrum ne hec sancti pre-  
rogativa conceptus: christo soli conueniat. sicut catholici asser-  
uere doctores: aut ut placet nescio quibusdam preter christum: ma-  
rie etiam virgini sit attribuenda: oportune quidem ac necessario in-  
quirendum est. an beata virgo in originali fuerit peccato concepta  
vel ab eodem / singulari sit privilegio preseruata. In cuius am-  
biguitatis decisione duo potissimum in quibus tota libelli istius



materies cōtinentur faciēda nobis occurrūt. In primis qui dē: pro veritate: quam vna cum doctoribus sacris tenemus conclusiones tres cum tribus correlarijs proponā: quas diuini testimonijs rōnibusq; firmissimis demōstrabo. Deinde de quo veritatis via quā incedim⁹: docem⁹: p̄dicamusq;: magis agitata clarescat: ratiōes eas q̄bus magis heret q̄ firmet cōtraria opinio: in mediū exponā: quas ⁊ diuinus tū oraculis tū scrōz patrū sentētis: apte clareq; dissoluā. Spero autē in adiutorio diuine gratie quicqd̄ propria volūtate asserendo dicam id catholicum: id religiosum: id institutis sanctis q̄ cōuenientissimuz fore. Et si quid forsitā meo ore excideret diuini scripturis repugnans: nūc put̄ extūc: itidē reuoco casto irritumq; esse volo: meq; in his omnibus sacrosancte romane ecclie subisio in cuius documentis atq; determinatiōib⁹ semper intēdo persistere: ⁊ pro qua tutāda etiā ppriū sanguinem exponere. Sit igitur pro veritate hec prima conclusio.

**¶** *Beata virgo Maria fuit sicut ceteri hoīes in originali peccō cōcepta. Quā cōclusionē sic intelligo. Beata virgo in p̄rio istāri quo anima sibi fuit infusa caruit iustitia originali: q̄ sibi debebat ⁊ quā utiq; habuisset si adam non peccasset.*

**¶** *Secunda cōclusio. Dicit̄ beatā virginē non fuisse cōceptam in peccato originali: non est pium.*

**¶** *Tertia conclusio. Opinio q̄ asserit beatā virginē originale peccūz in sui cōceptiōe fuisse: maxime congruit fidei pietati.*

**¶** *Primū correlariū. Nō est licitū credere aut p̄tinaciter asserere beatā virginē nō fuisse cōceptā in originali peccato.*

**¶** *Secundū correlariū. Nō est licitū p̄dicare assertiue: q̄ beatā virgo fuerit in sui cōceptiōe immunis a peccō originali.*

**¶** *Tertiū correlariū. Periculosum ē accedere ad predicationes illorum quando actu predicant: beatā virginē nō fuisse conceptam in originali peccato.*

**¶** *Capitulum secundū in quo premittuntur quedaz necessaria ad intelligentiam eorum: que secuntur.*



**I**taq; in prima tractat⁹ pte hic seruād⁹ est ordo vt prius generalia q̄dā ad intelligentiā eoz q̄ dicitur sum⁹ p̄ necessaria p̄mittam⁹. Deinde duccētoz sexaginta doctoroz testimonia: in mediū fideliter adducā. q̄ ita eē affirmāt sicut n̄re conclusiōes loquūt. Postremo rōnes diuinis firmatas l̄ris: cāz de mostrātes quappter ita sit sicut scī asseruere doctores: subiiciem⁹. Primū igit̄ negotio n̄o oportunū p̄ maxie esse videēt̄ antē q̄ conclusiōes p̄fate p̄bēt̄: id qd̄ etiā b̄tus ariopagites dionisius q̄rto caplo de diuinis noīb⁹ in hūc modū intonuit. Nō audēdū est aliqd̄ dicere aut cogitare de illa supsubstantiali ditate: nec de hys q̄ ab ei⁹ mera volūtate depēdēt: p̄ter ea que fuere nob̄ exp̄ssa ex diuinis eloquijs. In quā etiā sniam diuinus paul⁹ consentit sic corinthios alloquēs. Que sūt hoīs nemo nouit: nisi spūs hoīs: ⁊ que sunt dei nemo nouit: nisi spūs dei. B̄tus quoq; gregorius ab hoz sententijs non discrepās dicit. deum nos in oibus erudisse que ad fidei veritatem attinet: per ea que ad patres in sacris scripturis: manifestare dignatus est. Verum cum beatā virginem in originali peccato conceptā fuisse vel ne: ex simplici tantū volūtate dei p̄deat: sitq; inter ea que ad fidei veritatē pertinent: vt contra iulianum diuinus augustinus testatus est: cōsequens etiā est nihil de conceptiōe beate virginis asserendū esse nisi id qd̄ de ea ex sacris eloquijs ad nos transmissum est. Hoc idem thomas doctor angelic⁹ quolib. 4. q. 4. ar. 3. longe clarius aperit⁹q; recensuit: vbi sapientissime docuit disputationē seu discussionem theologicam: que (ad rei pertinentis ad fidem dubitationem remouēdam): an ita sit vel non ita sit ordinat⁹: debere inuiti auctoritatibus: quas illi admittunt cum quib⁹ res geritur ⁊ inter quos disputatio versatur. Si enī cum iudeis nobis disputatio fuerit: auctoritates vetuste legis oportet adducere. Si cum manicheis hereticis: auctoritatib⁹ testamēti noui vti necesse est. Namq; ipsi vetus testamentū non recipiunt. Si cum scismaticis qui ⁊ nouo ⁊ veteri cōsentiūt nō autem sanctorum patrum doctrine: solum ex auctoritatibus

Dionisius

Paulus.

Gregorius

Augustinus

Thomas.

b





Augustinus

Gregorius

Clemens

Leo papa

utriusque testamenti procedendum est. ¶ Hunc modum tenuit idem diuinus auctor in eo libro quem ad euellendum errores grecorum edidit. ubi vrbani pape hortatu: acutissime de processione spiritus sancti disputans: omissis rationibus: tantum per auctoritates quas greci suscipiunt processit. ¶ Hunc modum aurelius augustinus sectatus est in eo libro quem contra iulianum hereticum composuit: negantem christianorum paruos originale peccatum contrahere: ubi ex solis auctoritatibus sacre scripture et sanctorum patrum procedit. Hunc modum tenuit gregorius decimus in concilio lugdunensi. in quo controversiam inter latinos et grecos oborta per auctoritates sanctorum determinauit ut habetur libro .6. de summa trinitate et fide catholica. capitulo fidei. ¶ Hunc modum seruauit clemens quintus in viennensi concilio. ubi questionem que circa effectum baptismi versabatur per auctoritates sanctorum diffiniuit: sicut patet in clemens de summa trinitate et fide catholica ubi sic dicitur. Nos attendentes generalem efficaciam mortis christi que per baptismum applicatur omnibus: opinionem que dicitur tam paruulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes tamquam probabiliorem et sanctorum dictis et doctorum magis consonam et concordem: sancto approbante concilio diximus eligendam. ¶ Hunc modum tenuit beatus leo papa in ea epistola quam ad leonem imperatorem destinauit: in qua diffinitionem calcedonensis concilii non rationibus dialecticis: sed testimonio sanctorum patrum. Athanasii Ambrosii Augustini Joannis Basilii et Theophili roborauit atque firmavit. Itaque cum de conceptione beate virginis tua excellentia instrui cupiat utrum ipsa virgo sit in originali peccato concepta vel non sitque ea res inter premissa ad veritatem fidei connumeranda: consequens est ut in hac disputatione in qua nobis cum fidelibus est habendum certamen: ex solis auctoritatibus scripture sacre sanctorumque viros procedere debeamus: ne eos terminos quos patres nostri posuere transgrediamur. Ex eis autem auctoritatibus talis debet esse processus ut sensum scripturalis sequamur: ex quo solo argumentum efficax trahere valet: ut Augustinus contra vincenium donatista: et Dionysius in epistola ad titum protestantur.

Capitulum tertium in quo ostenditur quod primus homo fuit a deo institutus cum tribus preclarissimis donis.

**S**ed ut excellentia tua liberi doctorum sentias qualis alatur sumus percipere valeat: quid originalis iniusticia: quidque sit originale peccatum: hoc secundo loco quod breuissime atque dilucide demonstrandum esse iudicamus. Est igitur sciendum ut firma sanctorum doctorum doctrina tradit: hominem in primo statu sic a deo immortalis institutum fuisse: ut anime esset corpus omnino subditum. Itaque eiusdem anime inferiores vires nulla intercedente repugnancia aut obiecto: rationi superiori omnibus in rebus preoptissimo studio obsequerentur et obedirent. ac demum mens ipsa hominis deo maximo creatori suo penitus subiecta iaceret. Ex eo autem quod in illa statum integritate corporis humani anime totaliter subdebatur: nulla homini alteratio poterat accidere: que dominio anime supra corpus repugnaret. Quo fiebat: ut neque mors neque infirmitas vlla hominem vexaret: cum huiusmodi defectus exinde proveniret: quod non perfecte anima corpori desinatur. Ex eo vero quod inferiores anime vires rationis imperio subiecte parebant: possidebat homo omnimodam mentis tranquillitatem: qua ratio humana nullis inordinatis passionibus turbabatur. Ita enim tam integre tamque perfecte sensualitatis habenas ratio moderabatur: ut in inferiori appetitu sensibili: nullus concupiscentie motus vel ire inuidie timoris ceterarumque passionum non imperante ratione posset insurgere. At quia humana ratio conditori suo totaliter subdita erat: dirigebat homo suos omnes actus in deum ut in finem ultimum: in quo eius iusticia et innocentia consistebat: vnde ex tali iusticie rectitudine: decorus quidam nitor ac spiritualis pulcritudo in anima resplendebat qua deo conformis existens ei in amicitia ac dilectione iungebatur.

Capitulum quartum in quo ostenditur quid sit originalis iniusticia: in qua primus parens fuit creatus.

**H**ec autem corporis humani dispositio et talis inferiorum virium subiectio si ex naturalibus hominum principijs ortum sumebat: sed ex superiori quodam virtute: nature corporis corporeaque virium excedere cecidit. Nam utique virtutes eterne deus per sua amplissima liberalitate anime rationali gratis contulerat ut supra

b ij



nit. Nec enim fuit rō magis cesarij seruite qui hac rñsiōe audi-  
ta: cūctis q̄ aderant ridētibus cū rubore obmutuit.

**¶** Additio. **¶** Quāuis ista rñsiō iuste eū obmutescere fe-  
cerit vt tñ pfusioz appeat q̄cūqz h̄ dixerit aduertēdū: q̄ iter  
alios suos errores mahumet<sup>o</sup> hūc vnū pelagianū hūit. s. q̄ n̄  
erat pctm̄ ori. s. q̄ oēs meritis suis cōdemnabant. itaqz vni-  
uersaliter ab oib<sup>o</sup> remouebat pctm̄ originale z nō solū a xp̄o  
z m̄se. loq̄t̄ ḡ de actualib<sup>o</sup> mortalib<sup>o</sup> seu venialib<sup>o</sup> a q̄b<sup>o</sup> null<sup>o</sup>  
fuit immunis nisi xp̄s z mater sua.

**¶** Ratio trigesimaquarta.

Trigesimaquarta rō est talis. **¶** Conceptio beate  
virginis p̄cessit in mēte diuina / cuiuscūqz pure  
creature p̄ceptionē vt patet per illud. **¶** Nōdum  
erāt abissi - ego cōcepta erā. ḡ cōceptio virginis  
nō potuit p̄ pctm̄ maculari. **¶** Ad hoc dicit̄ q̄ ill<sup>o</sup>

afis pōt̄ itelligi duplr. **¶** Vno mō q̄ cōceptio beate virginis pri-  
us fuerit in mēte diuina itellecta q̄ cōceptio cuiuscūqz crea-  
ture fuerit in seip̄a in rerū natura: z hoc mō antecedēs ē ve-  
rū nō solū de cōceptiōe br̄e virginis: s. etiā de p̄ceptiōe oī uz  
hoīum z asinoz. **¶** Et scdm̄ hūc itellectū negat̄ p̄ntia: qz cōce-  
ptio caym̄ hoc mō p̄cessit p̄ceptionē cuiuslibet creature: z tñ  
cōtraxit originale pctm̄. **¶** Alio mō pōt̄ esse sensus q̄ de<sup>o</sup> i mē-  
te sua prius cōceperit z intellexit cōceptionem beate virgi-  
nis q̄ conceptionem cuiuscūqz alterius creature z sic ante-  
cedens est falsum z hereticum: qz deus vnico actu oīa itelli-  
git. **¶** Dicitur scdo q̄ illa auctoritas ad l̄fam itelligitur de  
sapientia increata vt oēs doctores dicunt. ideo nihil facit ad  
p̄positum. **¶** Btā enī virgo nō fuit prius cōcepta in seip̄a q̄ el-  
sent abissi: qz tunc fuisset ante matrem eius.

**¶** Ratio trigesimaquinta.



Trigesimaquinta rō est talis. **¶** Btā virgo nō de-  
bet aliqua ignominia affici sed est omni laude  
dignissima. s. or. pec. est quedā ignominia. ḡ nō  
est virgini attribuēdū. **¶** Ad h̄ fuit dictū q̄ igno-  
minia p̄t capi duplicit̄. **¶** Vno mō pprie: z sic laus

z ignominia sunt de actib<sup>o</sup> volūtarijs ordinatis ad fines: qui  
sunt in nostra potestate vt fiant vel non fiant vt dicitur in. 3  
ethi. **¶** Et hoc modo maior est vera z minor est falsa: qz cū ori-  
ginale peccatum ex nullo actu inordinato beat e virginis pro-  
cesserit: sed ex voluntate inordinata principij nature: ideo cō-  
paratum virgini in quātum est quedam particularis perso-  
na: non est ei plus ignominia q̄ q̄ sit ex semine libidinoso cō-  
cepta. **¶** Alio modo potest capi pro quocunqz defectu vel pri-  
uatione alicuius perfectionis debite. **¶** Et hoc modo maior ab-  
solute est falsa. **¶** Sed verum est q̄ pro eo tpe quo fuit oī lau-  
de dignissima nō est aliqua ignominia afficienda. **¶** Nō aut̄ fu-  
it tpe sue cōceptiōis oī laude dignissima. alias oporteret asse-  
rere eā de spū scō fuisse cōceptā. **¶** S. postq̄ fuit mater dei fu-  
it oī laude digna ideo ex tūc nō fuit in ea priuatio alicui<sup>o</sup> p̄fe-  
ctionis debite: s. bene tpe sue cōceptiōis passue. **¶** Vñ ber. in  
sermōe. 78. sup̄ cātica sic dicit. **¶** Nemo filioz hoīum intrauit  
in hāc vitā sine generalis cōfusiōis velamine: vno sane exce-  
pto qui ingredit̄ sine macula. **¶** Hoc vno excepto: vn<sup>o</sup> est oībus  
z p̄ oīa introit<sup>o</sup> electis dico z reprobis. nō enī est distinctio  
Dēs enī peccauerūt z oēs verecūdie capitiū portāt. **¶** Di-  
citur scdo q̄ br̄a virgo est digna oī laude pertinente ad sta-  
tum suum nec derogante dignitati christi. non autem perti-  
net ad statum beate virginis q̄ nunquā fuerit sub peccato:  
qz nō fuisset redempta a christo. in cuius laudem cantāt sc̄i  
redemisti nos a peccatis nostris i sanguine tuo. **¶** Vñ dñs bo-  
nauentura in. 3. sen. di. 3. **¶** Fuisse inquit immunē ab omni pec-  
cato: pertinet ad excellentem z singularem dignitatem chris-  
ti. **¶** Et ideo non est hoc. b. virgini attribuēdū: ne dum m̄ris  
excellencia ampliatur: filij gloria minuatur. **¶** Et sic mater p̄-  
uocetur que vult magis filiū honorari q̄ se ip̄am. **¶** Sufficiūt  
enī virgini alie dignitates quas sibi filius cōdicauit in quibus  
excedit oēs humanas laudes. z ideo non oportet nouos z fal-  
sos honores cōfingere ad laudē eius q̄ falso nō eget honore  
**¶** Dic ergo honor z hec laus / ē soli filio ei<sup>o</sup> attribuēda q̄ singu-  
lari mō p̄cept<sup>o</sup> est. per quē oīm sal<sup>o</sup> z redēptio facta ē. vt nō

Bernard<sup>o</sup>.  
Nota vno  
solo.

2. sol.

Bonauentu-  
ra.





glorietur in conspectu eius oīs vivens. sed sibi soli sit hec gloria z hec prerogativa puritatis in secula seculorum amen.

**H**ec igitur sunt rōnes que coram excellentia tua adducte fuerūt per dominū ep̄m z magistros sacri ordinis minorum carmelitarum z seruoꝝ quas oēs partim in disputatiōe partim in lectiōe: breuiter clare aperteq; dissolui. Verū q; magister bartholomeus feltrēnsis sacri ordinis minorū quasdam rōnes nihil ad ppositum facientes adduxit: mihi visum est illas hoc vltimo loco adducere: z eis solutis: huic nro tractatulo finem feliciter imponere.

**I**ncipiūt rōnes maḡi bartholomei feltrēnsis sacri ord. mio.

**C**ontra primā cōclusionē que erat talis. Solus xp̄s fuit sine pctō: arguit post dñm ep̄iscopū magister bartholomeus feltrēnsis sacri ord. minorū hoc modo. **D**is habitudo terminoꝝ ex quibus fiunt diuerse ppositiōes cathegonice/oppositas rōnes formales suppositiōis includētes: nō reddit ppositiōē exponibilem veram: sed habitudo inter causas v̄tatis illi cōclusionis ē implicās oppositas rōnes formales supponis. igitur zc. **A**d aior de se manifesta est z minor pbat. **Q**uia subiectū secūde exponētis cōnotat negationē vniuersalē cuiuscūq; alteri a subiecto exponibilis in cui⁹ subiecti descensu inueniunt multe singulares false. **Q**uod patet quia siue capiatur pro secūda exponēte nihil nō xp̄s fuit sine pctō: siue nullus nō xp̄s fuit sine peccato: sunt multe singulares false. **E**t pfirmat: q; modus significandi dictiōis exclusiue habet verificari p oppositum negatiuū īfinitatuz igitur zc. **H**ec ille.

**A**d istō argumētū qd solū v̄bale ē (dū excellētia tua req̄rēte fuisset vulgarizatū p egregiū z eruditissimū artū z medicine doctorē maḡm nicolaū d̄ lēdenaria / maḡo. **B**ar. recusate illd vulgariter exponere z asserēte vulgare n̄z penit⁹ ignorat / cū tñ italic⁹ sit z linguā n̄az optie nouerit) sic p me fuit r̄sū. **I**n primis dixi illā cōclusionē n̄ eē meā s; oīuz doctorū scōꝝ. **N**ā aug. sup io. xp̄s iqt singularit̄ dñi inocēs sol⁹ sine culpa. sol⁹ sine macta. n̄ cui⁹ macta absterse sint: s; cui⁹ macu

Aug:

la nulla fuit. **I**d. il. **H**oc idē dicit ab̄. hier. greg. z alij doc. sicut supra dictū ē. **D**eide ad argumētū respōdēdo: dixi minorē eē falsā. q; sensus clarus illius argumētī ē talis. **I**lla conclusio cuius altera exponēciū est falsa: nō est vera. sed predicta conclusio est huiusmodi ḡ zc. **E**t ad p̄bationē minoris: negavi illas esse exponētes eius. s; secūda exponētē dixi esse istā. **N**ullus alius hō a xp̄o vel null⁹ hō n̄ xp̄s vel nihil hō non xp̄s fuit sine pctō / quaz quelibet ē vera / nec sub subiecto eaz ē sumere aliquā singularē falsā. **E**t cū p̄dict⁹ arguēs diceret has ppositiōes nō eē cōtradictorias. **N**ullus hō fuit sine pctō et xp̄s fuit sine pctō: respōdi qd si erāt p̄tradictorie secūdū vocē sed bene secūdū rē z significatū q; hec xp̄s fuit sine pctō icludit istā aliquis hō fuit sine pctō. **N**āc aut respōsiōne p̄dict⁹ arguēs ip̄obare si valēs: humiliter acceptauit z ad aliam cōclusionē trāsīuit. **C**irco. 2. magistri. **B**ar. Feltrēnsis.

**C**ontra. 2. cōclusionē q̄ erat talis brā vir. fuit ī oriḡinali pctō p̄cepta: arguit. 2. loco sic. **A**liq; hoies xp̄s aliquāta placatiōe reduxit ad vitā. z aliquot hoies aliquāta placatiōe si reduxit ad vitā. ergo ē dare p̄fectissimū gradū q̄ sic. vel remissiuū qui n̄ ē d̄sequētia bona q; diuisio se tenet circa potētā passiuā z circa terminū h̄sitē supposita finita actu vel potētā p̄p̄qua v̄l ordinata. **E**t asis probatur. per illud luce z mathei de parabola vinee dñi z per illud ioānis ī domo patris mei māsiōis multe sūt. **E** d̄sequēs v̄o p̄bo pro z mēbro sic. **Q**z nō ē dare remissiuū q̄ nō cū illa latitudo versus nō gradū sit v̄niformiter deformis: ubi nō ē assignare q; hoc nō. nec quodl; minus s; bñ qdlibet mai⁹. cū infinita sit p̄portio ī infinituz minime gutte sanguinis iesu xp̄i ad totā sui sanguinis effusionē. **Q**d si dēc̄ alterz mēbz tunc illo signato vel realiter vel imaginarie: quilibz placādi mod⁹ vel realiter vel imaginarie formaliter vel v̄tualiter in illo cōtinebat cū esset maxim⁹ recessus a non gradu. ergo modus ille reducēdi ad vitā q̄ cōpetebat hoimī ī p̄rio statu. in illo cōtinebat. **I**lle aut erat gradus placandi p̄ inocētā in extremo reducto q̄ nō fuit in io. bap. nec in io. euā



Thōs.  
Alb: 27. ca.

gelista 7 fuit in aliqua creatura tāq̄ in passo vt deductū est .  
ergo fuit in brā virgine. **Id. il.** ¶ Ad istud argumētū qd̄ i mlt̄  
tis deficit 7 nihil in veritate cōcludit: fuit respōsus per distin  
ctōez. qz placatio pōt dupl̄r cōsiderari. Uno modo quātū ad  
effectū priuatiuū quē p̄cip̄l̄r ip̄ortat. q̄ ē remotio offēse pct̄i  
originalis: 7 sic x̄ps nō maiori placatiōe reduxit ad vitā vnuz  
q̄ aliū qz pct̄i originale cuius remotiōne placatio facta per  
x̄pm p̄cip̄al̄r ip̄ortat: equaliter ē in oībus vt dicit. s. doc. in  
4. s. di. 4. 7 in p̄ima sc̄de. q. 87. ar. 4. 7 āselm̄ i li. d̄ cōceptiōe  
v̄g. c. 25. vbi sic ait. ¶ Pct̄i originale in oīb̄ infantib̄ naturali  
ter cōceptis: equaliter eē dico. **Id. il.** Et ideo accipiēdo h̄ mō  
placatiōne: fuit negata cōseq̄ntia. Est ei regula apud sophi  
stas qd̄ quādo negatiua verificatur p̄ maiori 7 p̄ minori: tūc  
diuisio nō sequit̄. In argumēto vero aduersarij / negatiua q̄ ē  
aliquāta placatiōe aliquot hoīes nō reduxit ad vitā: verifi  
cat̄ p̄ maiori qua nō reduxit ad vitā 7 p̄ minori qua ēt nō re  
duxit. Et iō diuisio nō sequit̄. vñ cū ex hoc vellet sophista vi  
deri: sophisticē artis ignar̄ apparuit. Et ad p̄bationē cōse  
quētie d̄r qd̄ si diuisio illa fieret respectu potētie passiue vt ip̄e  
asserit: tūc sc̄dm regulas sophisticar̄ cū talis diuisio fiat medi  
āte termino cōmuni in distributo: deberet cōcludi negatiua d̄ ma  
ximo 7 affirmatiua d̄ mīmo: aduersarij aut̄ cōcludit op  
positū. Et iō in hoc maxime se sophisticē artis ignar̄ demon  
strat. De placatiōe ḡ facta per x̄pm sic loquēdo. v3. quātuz  
ad effectū priuatiuū: argumētū nihil cōcludit / nec p̄batiōes  
aliquid ad hūc itellectū faciūt. Alio modo potest cōsiderari  
placatio quātū ad effectū positiuū q̄ ē colatio ḡe in hoc mū  
do. Et tunc dico qd̄ placatio hoc mō sumpta: potest cōparari  
vel ad pueros vel ad adultos. Si cōsideret̄ p̄ cōparationem  
ad pueros: sic de lege comūi x̄ps per passiōne suam equaliter  
placauit oēs. qz oēs pueri vtute passiōis x̄pi q̄ eis p̄ baptisimū  
applicat̄: equalē ḡa3 suscipiūt de lege comūi vt dicit. s. doc.  
i. 4. di. 4. Et albert̄ 7 petr̄ de tarāasio 7 alexāder de ales  
zbonauētura 7 ricard̄ d̄ media villa. Si vero cōsideret̄ per  
cōparationē ad adultos: sic aliquos maiori 7 aliquos minori

Thōs.  
Albt̄.  
7 alij.

placatiōe reduxit ad vitā. qz in ip̄a remotiōe culpe / aliqb̄ cō  
tulit maiorē ḡa3 7 aliqb̄ minore: sc̄dm qd̄ maiori vel minori p̄  
paratiōe cōuertunt̄ ad deū. 7 accedūt ad baptisma p̄ qd̄ vir  
tus passiōis x̄pi nob̄ applicat̄. **Uñ damascen̄** dicit. ¶ Pct̄oruz  
remissio cūctis equalit̄ in baptismo dat̄: ḡa aut̄ sp̄s sc̄ti secū  
dū p̄portione fidei 7 deuotiōis p̄parationē. Quōdo ḡ d̄ pla  
catiōe q̄ ad effectū positiuū per cōparatiōez ad pueros: adhuc  
negat̄ cōseq̄ntia. Quia negatiua verificat̄ p̄ maiori qua n̄ redu  
xit. 7 ēt p̄ minori. iō diuisio n̄ sequit̄. Per cōparationē vero ad  
adultos: dico qd̄ dat̄ minimū 7 maximū actu in placatiōe. ē ei  
aliqs grad̄ ḡe ita magn̄ in aliq̄ adulto p̄ placatiōne redu  
cto ad vitā: q̄ n̄ ē actu aliqs maior in aliq̄ placato s3 bñ minor  
s3 n̄ ē aliqs ḡd̄ ita magn̄ q̄ nō possit eē maior. qz ḡa pōt au  
geri i infinitū s3 nō possit minui. Est et̄ aliqs grad̄ ḡe ita mi  
nor in aliq̄ placato: qd̄ eo nō ē actu aliqs grad̄ minor. Uñ i q̄lz  
adulto requirit̄ determinata dispositio puta p̄uersio ad deū q̄  
si esset minor nō ifūderet̄ ḡa vt dicit. s. doc. in p̄io di. 1. 7. ar  
3. ad. 4. Ex quo patet qd̄ et̄ per cōparationē ad adultos: con  
sequētia non valet. ¶ Primo. qz si diuisio sit facta respectu po  
tētie passiue vt dicit arguēs: tūc deberet iferri negatiua d̄ ma  
ximo 7 affirmatiua de minimo. 7 sic nihil esset ad p̄positum.  
Sc̄do si eēt diuisio sic sc̄a: tūc oporteret qd̄ q̄cūq3 ḡdu ḡe da  
to q̄ x̄ps aliquē reduxiss̄ ad vitā qd̄ ēt maiori ḡdu alios redu  
xiss̄ qd̄ ē d̄ doctrinā oīuz sc̄tōz. Assūptū p3 p̄ regulas sophi  
staz qz si ab aliq̄ visibili p̄t̄ pati visus 7 a maiori poterit pari.  
Quōdo vo ait ifinitū eē p̄portione in ifinitū minime gutte sāgui  
nis x̄pi ad totā sui sanguinis effusione: extraneū satis ab itel  
lectu eē videt̄. Et az ei ē qd̄ minima gutta sāguinis x̄pi ē actu  
quāta 7 tot̄ sāguis x̄pi ē finite. pars aut̄ finita ad totū fini  
tū habet d̄terminatā p̄portione vt dicit̄ in p̄mo. 3. 6. 7. 7. ac  
8. phisicor̄ igitur 7c. ¶ Preterea si illud per ip̄osibile verum  
esset: nihil ad p̄positū ipectare videtur. quia x̄ps pro quolibz  
placādo totū sanguinē effudit. 7 ad om̄s placandos vna sola  
gutta sufficiens fuisse. nō ergo attenditur gradus placatiōis  
secūdū graduz vel p̄portione effusionis sanguinis x̄pi vt iste

Damascen̄

Thōs.

Th̄.





Aug.  
Greg.

falsè ymaginat. Dicit vltim<sup>o</sup> qd cōcesso qd sūmus gradus placationis fuerit in brā virgine (ad quod tendūt omnia q̄ ponunt in argumēto) et qd effect<sup>o</sup> illius placatiōis contineret v<sup>o</sup> tualiter effectū cuiuscūqz placatiōis: adhuc nihil sequit<sup>r</sup> p̄tra cōclusionē nostrā. Et quādo dicitur. q̄ cōtinebat illū modū placatiōis q̄ cōpetebat hōini in statu inocētie. dico qd hoc dictū implicat p̄dictionē qz vt dicit aug. et greg: si homo non peccasset: sine placatione et redēptione ad vitā eternā puenisset. Dis. n. mod<sup>o</sup> placatiōis p̄supponit offēssaz peccati in eo qd per placationē reducitur ad vitā sicut supra dcm̄ ē. Dicit vlt<sup>er</sup>terius qd cū summo gradu placatiōis ēt quantū ad effectum positiuū stat qd aliqs fuerit magnus pctō. Apostoli ei et maria magdalena qui peccauerūt mortaliter excedunt in grā et gloria multos ordines a. geloz qui fuerūt inocētes. Et idō nō o3 qd si gradus grē beate virginis excessit gradū grē cui<sup>o</sup> libet inocētis qd ipsa fuerit semp inocēs et sine pctō. nec sēper vez ē qd qui habet maiozes gratiā: habuerit minozē culpam. sed sepe cōtingit qd ubi abundauit delictū super habundant et grā vt ait apostulus. ¶ Ex quib<sup>o</sup> p3 qd rō p̄dcā nihil concludit. tēdit ei ad hoc. In brā virgine fuit sūm<sup>o</sup> gradus placatiōis. ergo fuit inocēs et sine pctō. ¶ Primo qdē falsuz ē qd i ipsa fuerit sūmus gradus grē. Fuit enī post cōceptionē suam per certū gradū gratie a peccato mundata et placata que vsque ad mortē fuit augmētata. et tam enō peruenit ad sūmū et si infinitū creuisset: nō peruenisset ad gratiā xp̄i cui datus ē spūs non ad mēsurā vt dicitur ioh. 1. Et ad quam gratiā cōparatur gratia virginis et omnium sanctorū sicut virtus particularis ad vtutē vniuersalē. Negatur ēt cōsequentiā vt p3 ex supradictis. ¶ S3 p̄dictus arguēs dixit se velle pbare qd ēt in placatione quantuz ad effectū priuatiuū est latitudo ḡduū. qz quāta ē latitudo in vno oppositoz: tāta ē latitudo in reliquo. sed per me est latitudo in effectū positiuo. ergo et in priuatiuo. ¶ Ad qd respōdi qd maioz erat vera de p̄trarijs grū extrema sē positiuā. nō at d̄ oppositis priuatiuis. At ille in stitit dicens quod ph<sup>o</sup> dicebat in post predicamentis priuatiōes suscipere magis et minus. Ad qd dixi testes mihi esse oēs doctores astātes qd ph<sup>o</sup> nec ibi nec alibi hoc dicebat. quī imo in. 5. et 9. et 10. meth. dicebat qd priuatiōes q̄ cōsistūt i priuato eē: nō suscipiunt magis et minus. Et dedi exemplum qd vnus nō d̄ magis mortuus q̄ alter: siue sit suspensus/ siue iugulatus/ siue decapitatus. sed om̄s sunt equaliter mortui: si vere sunt mortui. Et idē de cecitate dictū est. ¶ P̄terea si haberet latitudinē placatiō hoc modo: tunc vbi esset maior placatiō: fuisset maioris culpe remissio. Et cum p̄ te i brā vir. fuerit maxima placatiō fuisset in ea maximoz peccatoz remissio. quod est falsum. Dicitur vlt<sup>er</sup>terius qd nō recte deditur primam cōsequentiā. sed ex illis p̄missis deberet hec conclusio inferri. Ergo est dare maximū numerū hominū quos xp̄s aliquanta placatiōe reduxit ad vitā: vel minimū numerū hominū quos aliquanta placatiōe nō reduxit ad vitā. Et sic datur affirmatiua ex qua nihil cōtra cōclusionē nostrā sequit<sup>r</sup> vt p3 cui libet intelligenti. Si etiā intelligeret qd daretur aliquanta placatiō in aliquo homine qua nō fuisset reduct<sup>o</sup> ad vitā sicut videtur dicere: tunc etiā añs esset falsuz. qz oīs placatiō quātūcūqz minima dicit remissionē offēntē et culpe et collationē grē. Ecce p̄iceps illustrissime quale fuit argumētū eius quē alterū scotū appellabāt qd deficit in forma et materia et postea nihil cōcludit. ¶ Ratio. 3. m̄gr̄i. barth.

Joh. 1.

uatiōes suscipere magis et minus. Ad qd dixi testes mihi esse oēs doctores astātes qd ph<sup>o</sup> nec ibi nec alibi hoc dicebat. quī imo in. 5. et 9. et 10. meth. dicebat qd priuatiōes q̄ cōsistūt i priuato eē: nō suscipiunt magis et minus. Et dedi exemplum qd vnus nō d̄ magis mortuus q̄ alter: siue sit suspensus/ siue iugulatus/ siue decapitatus. sed om̄s sunt equaliter mortui: si vere sunt mortui. Et idē de cecitate dictū est. ¶ P̄terea si haberet latitudinē placatiō hoc modo: tunc vbi esset maior placatiō: fuisset maioris culpe remissio. Et cum p̄ te i brā vir. fuerit maxima placatiō fuisset in ea maximoz peccatoz remissio. quod est falsum. Dicitur vlt<sup>er</sup>terius qd nō recte deditur primam cōsequentiā. sed ex illis p̄missis deberet hec conclusio inferri. Ergo est dare maximū numerū hominū quos xp̄s aliquanta placatiōe reduxit ad vitā: vel minimū numerū hominū quos aliquanta placatiōe nō reduxit ad vitā. Et sic datur affirmatiua ex qua nihil cōtra cōclusionē nostrā sequit<sup>r</sup> vt p3 cui libet intelligenti. Si etiā intelligeret qd daretur aliquanta placatiō in aliquo homine qua nō fuisset reduct<sup>o</sup> ad vitā sicut videtur dicere: tunc etiā añs esset falsuz. qz oīs placatiō quātūcūqz minima dicit remissionē offēntē et culpe et collationē grē. Ecce p̄iceps illustrissime quale fuit argumētū eius quē alterū scotū appellabāt qd deficit in forma et materia et postea nihil cōcludit. ¶ Ratio. 3. m̄gr̄i. barth.

**D**ertio fuit argutū sic. Dis p̄dictio in effectū hēns rōnez et p̄priū ius ad aliquā p̄fectionem tanq̄ ad terminū ad quē si in se nō sit receptiua illius: req̄rit p̄priū passū rōne cui<sup>o</sup> recipiat p̄fectō. s3 inocentiā ē p̄dictio in effectū q̄ ex se ē iusticia habens p̄priū ius ad p̄fectionē sibi reddēdā. ergo req̄rit p̄priū passū in q̄ recipiat illa vltima p̄fectio. illd nō fuit ioh: bap. n3 euāgelista. ergo fuit brā vir. Ad maioz pbaf̄ qz deus et natura nihil agūt frustra. ergo qd ex se ē iusticia p̄ suo vltimo termino nō reddit in cassū. cū nullū bonū sit irremuneratuz. Ad maioz vero pbaf̄ per illud qd hētur infētētis p̄speri ca. 1. et insti. d̄ iusti. et iure. de verbo ad verbū. ¶ Ad hoc fuit dictū qd petit



principiū. assumit falsū. z nihil pcludit. Petit ei principium  
 qz minor nihil vel parz differt a pclusionē. Qd ei inocētia sit  
 cōdictio existēs in effectu/habēs ppiū ius zc. et qz hēat ppiū  
 uz susceptiū: idē esse videt. ¶ Scdo assumit falsum. qz si ino-  
 centia pprie z precise accipiat: nō habet ius ad grāz vel glo-  
 riā sibi reddendaz. Nam inocētia nihil aliud importat nisi  
 carentiam peccati in natura que est capax peccati. Unde an-  
 gelus z homo in puris naturalibus constituti: dicuntur inno-  
 cētes. Et si de nouo deus crearet vnum hominez sine gratia  
 z peccato: talis esset inocēs. z tamē nō haberet ius ad pre-  
 miuz vite eterne sibi reddenduz. imo talis non deberet habe-  
 ret vitam eternam: quia non habz gratiā. sine qua nulli de-  
 betur vita eterna. Qui autem est in peccato. non solum non  
 debet habere sed habet debitum non habendi vitam eternā  
 Et sic patet qz minor est falsa. Tertio nihil cōcludit qā cōce-  
 sa maiori z minori: adhuc non seqtur conclusio. quaz infert.  
 qz nō sunt sufficiēter enumerata media susceptiua perfecte i-  
 nocētie. Nam angeli z anima christi sunt susceptiua pfecte ino-  
 cētie. Unde aug. super Jo. Solus inquit xps singulariter dī  
 inocēs qz solus ipse sine pctō fuit. Et eodē. Solus inqt xps  
 inocēs cōceptus ē: qz in pctis cōceptus nō fuit. Et. b. leo ī ser-  
 mone. s. de nati. Sol<sup>o</sup> inqt inter filios hominū inocens dñs  
 iesus ē cōceptus: quia solus sine cōcupiscētia ē generat<sup>o</sup>. Et  
 in. 12. sermone de passione. Solus inquit virginis filius con-  
 cept<sup>o</sup> ē absqz delicto. vt in eo solo ad ymaginē dei cōdito pfe-  
 cta esset inocētia z vera natura. Et ad flavianū. Fides in-  
 quit catholica in eo solo acquirit salutē: ī q solo se hō inuenit  
 inocētē. Id. il. ¶ Ex qb<sup>o</sup> pz qz pfecta inocētia q dicit carētia  
 perpetuā omnis peccati in solo xpo fuit inuenta. z non in bea-  
 ta virgine nisi post sanctificationē. ¶ Sed cōtra hanc respō-  
 sionēz predictus arguens sic formaliter obiecit. Omnis per-  
 fectio que ex se z per se competit creature: requirit creatu-  
 ram vt subiectum susceptiuum eius sed inocencia est perfe-  
 ctio. que ex se z per se competit creature: ergo requirit crea-  
 turam que sit susceptiuum eius. Idoc autē non fuit ioh. bap.

Argu<sup>o</sup>.  
 Idem  
 Leo.

Idem  
 Idem.

Replica.

nec euang. ergo fuit. b. virgo. Ad hoc fuit negata minor. qz si  
 inocencia per se cōpeteret creature: cōueniret omni creature  
 qz qd est per se: est de omni. vt dicitur in primo posteriorum  
 Scdo fuit dictū qz pcessis premissis: adhuc nō sequit pclusio  
 qz inter illa enumerata cadit mediū. Nam angeli z aīa xpi sūt  
 creature q hūerūt pfectā inocentiā. ¶ Mac audita rñsione p-  
 dictus arguens cepit vociferādo: bis ter quatuorqz clama-  
 hereticū fore: dicere aīam xpi esse creaturā. Ad quem leta fa-  
 cie respondi/oportere scdm fidem catholicā confiteri huma-  
 nitatē xpi cuius pars est aīa esse creaturā. Cum enim vt ait  
 athanasius xps sit minor patre secundum humanitatē / z ni-  
 hil sit minus deo patre nisi creatura: oīz humanitatez xpi esse  
 creaturā. ¶ Preterea qd nō fuit ab eterno: ē creatura sī aīa  
 xpi nō fuit ab eterno. qz deus ex tpoze assumpsit humanitatē  
 cuius pars ē anima. igitur anima xpi est creatura. Opposi-  
 tum autē ē heresis. Arrii z apolinaris z macharij z multoz  
 hereticoz qui dixerunt nō fuisse nō esse in xpo animā ratioā-  
 lē sī verbū in eo fuisse loco aīe. Fides autē catholica pfitetur  
 in xpo esse vnā tantū ipostasim z illā increatam subsistētē sub  
 duabus naturis. vī sub natura diuina increata z sub natura  
 hūana creata. cuius ptes sunt. aīa et corpus vt habetur de sū-  
 tri. z fi. ca. ca. firmiter. Et in decretis. e. t. c. fidei. Dicere autē  
 oppositū ē heresis manichei z galatij z alioz hereticoz. Tūc  
 pdict<sup>9</sup> arguēs volēs se excusare cepit dicere qd pfecta inno-  
 cētia sequit p se purā creaturā. aīa at xpi nō ē pura creatura.  
 Ad hoc respōdi falsuz esse qd inocētia sequit p se purā crea-  
 turā. qz tūc oīs creatura haberet perfectam inocentiaz. 2<sup>o</sup>:  
 dixi qd licet xps non sit pura creatura: anima tamē christi et  
 hūanitas eius ē pura creatura. Et ppter hoc dī i. 3<sup>o</sup>. sē qz xps  
 secūdu hūanitatē ē creatura. z quāuis aīa eius sit pura crea-  
 tura: ē tamen vnita diuinitati in psona nō aut in natura. Et  
 ppter hoc fides catholica fateē in xpo eē. duas naturas distin-  
 ctas. quaz vna ē pure diuina z increata. alia vero ē pure hu-  
 mana z creata. Dicere autē oppositū ē heresis euticetis q dī-  
 xit in xpo esse vnā tantū naturā ex diuina z humana pfla-





tam. que non erat pure diuina n3 pure creata. Ex quibus pz  
q̄ dum vir iste vellet errorem suum intemperate defendere  
in manifestas hereses est prolapsus ⁊ ab omnibus astantib⁹  
minus sapiens fuit reputatus.

**R**atio quarta magistri Barth.



Quarto fuit argutū sic. Dis ēitas terminās mul-  
tas r̄oes tanq̄ terminos ad quem que r̄oes di-  
stinguntur essentialiter: requirit multa fundamē-  
ta in terminis a quibus pp̄ie referā ad illā. S3  
deus gloriofus est terminus ad quez/ terminans  
om̄s obligationes creature ad ip̄m que distingūtur essentia-  
liter. ergo requirit multa fundamēta essentialiter distincta p̄-  
pria illis obligationib⁹ q̄ reducunt ad ip̄az. Innocentia autē  
est h̄is propria obligatiōe ad deum: ergo requirit propriū  
extremū qd̄ reducatur ad deū. illud autem nō potuit esse Jo-  
hap. nec euangelista. imo nec xp̄s qz ipse non erat debitor cu-  
iulcūqz obligatiōis sibi non inexistis debite tamen in esse/ er-  
go a sufficēti disiunctiua sequitur q̄ fuerit beata virgo. **Id. il.**  
**A**d istam rōnez in qua multiplicat verba ⁊ inuoluit sentē-  
tias sermonibus imperitis. dicitur q̄ petit p̄cipiū/ assumit  
falsum/ nihil concludit. ⁊ contradictionē implicat. **Dico pri-**  
**mo** q̄ petit p̄ncipium. quia cum debeat probare q̄ perfecta  
innocētia in alio hoīe repiatur q̄ in xp̄o: assumit q̄ innocen-  
tia sit in rerū natura: quia dicit ip̄az eē obligatiōem ⁊ realē  
r̄oem ad deum. Nihil autēz realiter refertur ad deū nisi sit  
in reruz natura. Sc̄do assumit falsuz. v3 q̄ innocētia habeat  
pp̄iaz obligatiōē ad deū. Nā obligatiō potest capi duplici-  
ter. vno modo pp̄ie. secunduz q̄ importat debitū seruitu-  
tis ⁊ sanctificationis. Et hoc modo oēs hoīes excepto xp̄o p̄-  
pter pct̄m obligati erant seruituti reatus pene eterne: quam  
xp̄s p̄ passionē p̄ nob̄ satisfatiēdo remouit. **Uñ** beat⁹ leo pa-  
pa. Sicut xp̄s neminez a reatu liberū repperit: ita pro oībus  
liberandis venit. Et de tali obligatiōe loquendo: falsum ē q̄  
innocētia habeat obligatiōē ad deum. qz ille qui semper fu-  
it innocens: nō est debitor pene nec satisfatiōis. Alio modo se-

Leo.

clidū q̄ importat debitū gr̄az actiōis. sc̄dm q̄ aliquis dicit ob-  
ligari ei a quo aliqd̄ donū gratis accepit. Et hoc mō quel-  
bet creatura tā innocēs q̄ peccatrix est obligata deo/ exhibē-  
bēdo ei ⁊ honorē latrīe ⁊ referēdo gr̄arū actiōes. Et sic aīa  
xp̄i est marie obligata deo: qz ab eo maxima dona gratis ac-  
cepit. **Hāc** distinctionē ponit. sc̄us doc. in. 4. di. 14. q. 1. ar. 1.  
q. 5. Et di. 15. q. 1. ar. 2. vbi sic dicit. Sicut enī vn⁹ homo pōt  
habere obligatiōē ad aliū dupliciter. vno mō rōne eius qd̄  
ab eo gratis accepit. alio mō: qz ab eo aliqui subtraxit: ita ⁊  
hō dupliciter obligatur deo. Uno mō rōne b̄ficiōz sibi gra-  
tis collatoz. ⁊ sic oīs hō tenetur sibi honorē latrīe exhibere.  
Alio mō rōne subtractōis: qz rōne peccati cōmissi subtraxit  
honorē deo. Et sic obligat ad satisfatiōē penitentie. Inno-  
cētia autē importat obligatiōē primo mō: qz innocēs tenet ho-  
norē latrīe exhibere deo. nō ar. 2. mō: qz nō tenet ad satisfati-  
ōē penitentie. Tercio dico q̄ nihil cōcludit: qz p̄cessis p̄mis-  
sis: nō sequitur cōclusio: qz disiunctiua est insufficientis: cū āgeli b̄ti  
⁊ aīa xp̄i sint creature q̄ fuerūt subiectū perfecte innocētie.  
**Quarto** dico q̄ implicat contradictionē: qz si innocētia importat d̄-  
bitū obligatiōis: ⁊ in xp̄o nō fuit debitū alicui⁹ obligatiōis  
vt ip̄e asserit: sequit q̄ vel i xp̄o nō fuerit p̄fecta innocētia qd̄  
est hereticū: vel q̄ innocētia nō importat debitū obligatiōis ⁊ i-  
portat debitū obligatiōis. Et ideo argumētū istud ventum  
tātūmodo verberabat.

**R**atio quinta maḡi bar.



Quintū argumentū fuit tale. **Q**uē agēs disponēs  
multa passa ad aliquē finē: nunquā p̄fectissime  
disponit aliqd̄ illoz passoz/ nisi ab illo expellat  
oēm dispōnē p̄riā/ vel resistat ne agēs p̄riū/ ali-  
qd̄ p̄rietatis iducat: s3 xp̄s fuit agēs disponēs  
multas aīas ad gl̄iam. ergo nūquāz p̄fectissime disposuisset:  
nisi oēm cōtrarietātē glorie expulerit: vel resistit ne diabo-  
l⁹ culpā originalē i aīaz alicui⁹ trāsfuderit. Et cū nullū tātū  
dilexerit quātū virginez: igitur ne p̄rius diabol⁹ in eam vim  
haberet: gradu perfectissimo resistendo: aīam ip̄i⁹ disposuit.  
**Hec** ille. **A**d hoc dicitur q̄ cōcludit nostrū p̄positū: deducit

Tho.



cit ad heresiz/assumit supfluū/7 imaginat falsū. Primum sic declarat. Nam si oē agēs pfecte disponēs aliqua passā ad aliquē finē/oz q̄ ab illis expellat oēz dispositionē s̄riā illi fini. cū x̄ps pfecte disposuerit multas aīas:7 aīaz virginis ad gloriā vt ip̄e asserit: seq̄t̄ ex illis p̄missis. q̄ x̄ps a brā v̄gine 7 ab oībus aīab⁹ quas pfecte disposuit: expulerit omnem s̄riam dispositionēz glie. s̄z nihil est s̄riū glie nisi pctm̄ v̄l reat⁹ pcti: q̄ x̄ps a brā v̄gine 7 ab alijs aīabus quas pfectissime disposuit ad gliam: expulit pctm̄ vel reatū pcti. Pctm̄ aut̄ vel reat⁹ pcti nō expellit nisi ab eo in q̄ prius fuit. igit̄ in brā v̄gine fuit aliqd̄ pctm̄. Sc̄do dico q̄ si v̄tute illaz p̄missaz p̄cluderet q̄ brā virgo nō hūisset originale pctm̄/ cōcluderet de necessitate q̄ oēs aīe sc̄oz cum fuerint p̄ x̄pm pfecte disposite ad gloriā: fuissent sine originali pctō. qd̄ est hereticū. Tertio dico q̄ assumit supfluū. Nam si aliqd̄ passuz nō sit nunc dispositū ad aliquā formā 7 debeat p̄ aliqd̄ agēs disponi pfecte ad illā: nō sufficit q̄ resistat cōtrario agēti: s̄z oportet q̄ remoueat ab eo s̄riā dispōnē. alias si nihil aliud faciat q̄ resistere cōtrario agēti: si prius nō fuit dispositū: nūquā disponetur. Et ideo in illa maiori vna pars disūctiue ē supflua: qz ex sola resistētia ad cōtrariū agens: nō disponit passum. Si enīz aliquis in peccato existens resisteret omni tentatiōi diaboli nō pfecte disponerēt ad gliam nisi prius p̄ gr̄am irremoueret pctm̄. Quarto imaginat falsum: qz imaginatur q̄ diabolus imittat 7 trāsfundat pctm̄ originale in aīabus: qd̄ est falsuz. vt dicit aug. in li. 5. iul. sed aīa cōtrahit originale peccatū ex hoc q̄ vnitur carnī ab adā seminaliter p̄pagate 7 constituit naturā hūanā que est mēbz ade/ qui p̄pter tentationē diaboli voluntarie incidit in pctm̄. qd̄ ab oībus ab ip̄o seminaliter p̄pagatis cōtrahitur/ nō p̄pria actione: sed vterina cōceptiōe. Nec etiam oportet vt iste imaginat q̄ si deus aliquēz plus dilexerit: q̄ a plurib⁹ pctis eū p̄seruauerit. pl⁹ enī dilexit beatā mariā magdalenā 7 ap̄los q̄ p̄ucros inocētes 7 q̄ m̄ltos āgelos: 7 tñ oēs āgelos ab oī pctō p̄seruauit 7 nō ap̄los. Christus q̄ post quā assūpsit carnē hūanā: fomitē pcti oīno

Aug.

a beata virgine abstulit. 7 ab oī actuali pctō diabolo resistendo p̄seruauit. Et sic pfecta dispositio vsqz ad mortē in ea remāsit.

Ratio sexta maḡi. Bar.



Extra rō est talis. Dē extremū pfecte reducibile ad alterū extremū sc̄dm se totū s̄ncategorice/ matice: nūquā cōplete reducīt ad alterū: nisi reducat̄ sc̄dm oēm modū possibilez sibi 7 cuiūqz cōtento sub illo/ ad quē etiā modū illud extremū in vno suoz singulariū se determinat. Sed natura hūana est extremū sc̄dm se totū s̄ncategorice/ perfectissime reducibile ad deū 7c. ergo nūquā cōplete reducerēt ad deū/ nisi p̄portionabiliter in vnoquoqz suppositoꝝ modus possibilis p̄portionat⁹ reducat̄. Est aut̄ inter alios modos posibles: ille/ q̄ est reduci p̄ simplicē nature inocētiā. q̄ aliqd̄ suppositū nature hūane erit extremū partiale hui⁹ reductionis/ qd̄ nō est nisi brā virgo. Nec ille. Ad hāc rōnē q̄ solū v̄bal̄ ē dī primo. q̄ si p̄misse sint vere: seq̄t̄ p̄clusio heretical. Nam in maiori habet̄ hec p̄positio. Dē extremū pfecte sc̄dm se totū reducibile ad aliqd̄/ si pfecte reducīt: oportet qd̄ reducat̄ sc̄dz oēm modū possibile sibi 7 cuiūqz cōtento sub ip̄o: in minori v̄o habet̄ qd̄ natura hūana est sc̄dm se totā reducibilis ad deū. ex istis duab⁹ seq̄t̄ q̄ si natura hūana sit pfecte reducta ad deū q̄ sit reducta sc̄dm oīa supposita 7 sc̄dz oēz modū possibile illis. 7 cū absolute possibile fuerit 7 ex pte dī 7 ex pte creature reducere oēs electos 7 oēs hoīes ad deū p̄ simplicē inocētiā: seq̄t̄ q̄ oēs hoīes vel saltē electi sūt reduci ad deū p̄ simplicē inocētiā qd̄ est hereticū. Sc̄do dī q̄ p̄ illā rōnē p̄cludit̄ qd̄ natura hūana nō est pfecte reducta ad deū cū nō sit reducta sc̄dm oīa supposita/ nec sc̄dm quēlibet modū sibi possibile/ cū sint infiniti modi q̄b⁹ possibile erat hūanā nam ad deū reducere. ex h̄ aut̄ nihil seq̄t̄ cōclusionē nr̄am. Dicit̄. 3. q̄ nam hūanā eē sc̄dm se totā s̄ncategorice/ pfecte reducibile ad deū: pōt̄ itelligi dupliciter. Uno modo de potētia dei absoluta: 7 sic minor est vera: sed maior est falsa: qz q̄uis nā hūana secūdū oīa sua supposita sit reducibilis

o ij





ad deum de potentia absoluta cum hoc non implicet contradictionem: non tamen oportet quod secundum omnia supposita reducatur cum plures sint damnandi quam saluandi. Nec etiam oportet quod illa supposita que sunt reducta ad deum: quod secundum omnem modum eis absolute possibile reducatur vel sint reducta. Alias quilibet esset equalis in gloria et quilibet esset in hac vita beatus et immortalis. Alio modo potest intelligi de potentia ordinata et sic minor est falsa. Dicitur ulterius quod per supposito peccato ad deum: natura humana ab ipso seminaliter propagata: in nullo supposito eius est reducibilis ad deum per simplicem innocentiam: quia nullum suppositum eius potest recipi seminaliter sine peccato. Unde Augustinus de fide ad petrum. *Quia inquit sibi inuicem vir mulierque miscetur ut filios generent: non est sine libidine parvulum concubitus. et ob hoc filiorum ex eorum carne nasciturum non potest esse sine peccato conceptum.*

Aug.

¶ 7. magistri bartho.

**S**eptima ratio fuit talis. *Nulla lex fuit perfectissime impleta a iesu christo. sed lex nature fuit perfectissima inter ceteras: quod fuit ab eo inter ceteras excellentissime impleta reddendo ei quod sui iuris erat. Nihil autem sublimius ascribi potest nature humane ex lege nature quam quod in illa statu reducta fuerit in quem ex iure legis nature inclinatur et in quem condita fuit. Illud autem est innocentie status quem et philosophi concedunt maxime aristoteles in 1. ethice. ubi dicit quod ratio semper depercat ad optima: et certum est quod non intellexit de natura humana in suppositata alieno supposito: quod in proprio. Et hoc opus erat impleri si non in toto: saltem in aliqua parte nature pure. Et confirmatur discursus per illud. Non veni solvere legem. Nec ille. Ad hanc rationem dicitur quod si nature humane debebatur iure legis nature ut ad statum innocentie reduceretur in quo condita fuit: et christus ut iste asserit reduxerit naturam humanam ad eum statum qui sibi iure legis nature debebatur: de necessitate sequitur quod christus naturam humanam in omnibus suis suppositis ad statum innocentie in hac vita reduxerit. et quod beate virgini et omnibus electis suis impassibilitatem et immortalitatem quam habuit adam in statu innocentie contulerit. quod tamen non fecit: sed in fine huius seculi omnes electos suos ad excellentiorem statum reducet in quem nec mori poterunt nec peccare.*

nō redēpt⁹ ascēderet. Id. il. Itē in. 18. li. Sūt inqt nō nulli q  
se sanos z absqz pctō semp fuisse exultāt: z tamē redēptos se  
esse gloriātur. Quoz profecro assertio sibi met ipsis contra  
ria inuenitur: quia dū z innocētes se asserunt z redemptos:  
ex hoc in se ipsis nomen redēptionis euacuant. Omnis nāqz  
qui redimitur ab aliqua captiuitate liberatur. Unde ergo q  
libet istoꝝ est redēptus si prius nō fuit sub culpa capti⁹? Li  
quet ergo q multū desipiscat quisquis hoc sapit. Item in. 18  
li. c. 15. Incarnacionis inqt misterū electi āgeli mirati sunt q  
tamē eodē misterio redēpti non sunt. Itē idē li. 17. ca. vlti  
mo. Ecce inquit vt vnus a pctō redimeret mori dominus in  
hunc mundum venit z defectuz nostre carnis in suo corpore  
penasqz tollerant. Itē in eodē Dei inquit filius per icarna  
cionem redēptor humani generis fact⁹ iustus in hoimib⁹ so  
lus apparuit z ad penā culpe solus sine pcō peruēit. Itē bea

Idem.

Idem.

Gregorius.

4. super illud  
iob. 3. nū. doz  
mēs silerem  
cū regib⁹ z p  
sulib⁹ terre.  
sup illud iob  
28. nescit hō  
pccūz eius.

Idem.  
Nota.

Idem:

Idem.  
Idem.

tus bernardus in epistola quam scribit ad innocentium papam  
contra quendam hereticum. Omnes inquit doctores nostri  
post apostolos in hoc conuenerunt: q hac necessitate dei fili  
us incarnatus est. vt homo qui aliter redimi non poterat: p  
mortem innocentis iure a diaboli iugo liberaret. Nō potest  
quis cū redēptis gr̄as agere q capti⁹ nō fuit. nō enī qrit re  
dimit qui se captiū nō cognoscit. Siue ergo reconciliatio si  
ue redēptio liberatio est de vinculis diaboli a quo captiui te  
nebamur. Et in sermōe. 22. sup cātica dicit q dei fili⁹ ante in  
carnationē: hoimū redēptor. nō erat: s3 p incarnationē fact⁹  
est hoimū redēptor: in q̄tū p sanguinē suū hoies soluit a vin  
culis z a captiuitate eripuit. ¶ Itē isidor⁹ exponēs significa  
tū redēptiois sic dicit. Qui redimit id pprie redimit q suum  
fuit z suū esse desijt. Nec ille. Ex quo arguit sic. Quicūqz de  
sijt esse dei habuit aliqd pctm: qz null⁹ alienat a deo nisi p pec  
catū: s3 oēs qui redēpti sūt p xp̄m desierāt esse dei: ergo oēs  
redēpti p xp̄m hūerūt aliqd pctm. ¶ Itē papias. Redime  
re pprie ē id qd suū fuerat sibi restituere. Et brito. Redime  
re est rē q sua erat iterū emere vel recuperare. Nec ille. Qui  
buscūqz ergo cōuenit redimi eis cōuenit recuperari z restitui.  
Sed hec nō cōueniūt nisi his qui sūt alienati a redēptore er  
go zc. ¶ Itē br̄s ambro. z habet in glo. ad ro. 3. sup illud iu  
stificati gratis p redemptionē q est in xp̄o iesu. Recte inquit  
xp̄s dicitur nos redemisse. Ipsi⁹ enim ante fueram⁹ p natu  
rā: sed ab eo alienati eram⁹ p culpā. Nec ille. Ex quo argui  
tur sic. Quicūqz fuerūt alienati a dō habuerūt aliqd pctm:  
s3 oēs redēpti p xp̄m fuerūt alienati a deo igitur zc. Itē dñs  
albert⁹ z alexāder de ales z bonauētura in. 3. sen. di. 19. sic di  
cūt. Redimere est rem q sua fuerat z sua esse desijt: iure belli  
vel iusto p̄cio recuperare. Et qz xp̄s bellādo hostē humani ge  
neris superauit z precium p satisfacione offense exposuit: re  
cte gen⁹ hūanū redemisse dicit. Et hoc idē dicit sc̄s thomas.  
¶ Ex quib⁹ generaliter possumus sic arguere. Quibuscūqz  
cōpetit nomē redēptionis: oportet q ppetat significatū ei⁹:  
s3 ei⁹ significatū in sua maxima cōitate includit alienationē:

Bernard⁹.

Idem:

Isidor⁹.

Papias  
Brito

Ambrosius:

Albert⁹  
Alexāder  
Bonauētū  
ra.

Thomas

h





Remigi<sup>o</sup>

Aug.

Idem:

Idem:

Idem:

Tho.

Isidor<sup>o</sup>.  
Aug.

ergo oibus quib<sup>o</sup> cōpetit redēptio facta p xpm / cōpetit alie  
natio: q̄ nō ē in si p pctm̄ igit̄ zc. Sicut enī resuscitatio p̄sup  
ponit mortē: z ppter b̄ resuscitari nō pōt qui mortu<sup>o</sup> non fue  
rit: ita redēptio p̄supponit captiuitatē: z ppter b̄ redimi nō  
pōt q̄ seru<sup>o</sup> vel captiu<sup>o</sup> nō fuerit. Uñ remigi<sup>o</sup> sup eplaz. 1. ad  
corinth. ca. 6. Ille inqt̄ qui redimī: captiu<sup>o</sup> prius tenebat̄: z  
seruus est illi<sup>o</sup> a quo redimī. sic genus hūanū captiuū tene  
bat̄ a diabolo: s̄z sanguine xpi redēptū est a captiuitate z fa  
ctus est seru<sup>o</sup> illi<sup>o</sup>. Nec ille. ¶ Preterea oēs q̄ recōciliati sūt  
deo p xpm: habuerūt aliqd̄ pctm̄ ppter qd̄ habebāt aliquaz  
inimicitā cū deo: sed oēs q̄ redēpti sūt p xpm: sūt etiā p ipm̄  
recōciliati igitur zc. Cōsequētia patet cū minori. Maior ve  
ro pbatur. naz aug. vt habet̄ in glo. ad gal. 3. Christus inqt̄  
oēs fideles patri recōciliauit. dum sanati sunt ab impietate  
Nec ille. Et ponitur etiā in. 3. sen. di. 19. Cum ergo beata  
virgo fuerit de numero fidelū ergo zc. ¶ Item idem z ha  
betur in. 3. di. 19. Recōciliati inquit sum<sup>o</sup> deo per mortē xpi  
qui offēdicula z pctā abstulit ppter que in imici eius eram<sup>o</sup>  
sicut iusticie inimica sūt pctā. Nec ille. Item aug. vbi supra.  
Christus enī nos trinitati recōciliauit p mortē: p quā etiā  
nos redemit a seruitute diaboli. Itē vbi supra. Christ<sup>o</sup> inqt̄  
p̄ciū n̄e recōciliationis in ara crucis obtulit deo p oib<sup>o</sup> quā  
tū ad sufficiētā: sed pro electis tantū z predestinatis quātū  
ad efficientiam. Nec ille. Itē aug. sup io. in sermōe. 41. Per  
xpm enī reconciliamur deo. Nemo aut̄ recōciliat̄ nisi ex ini  
micicijs. inimicos aut̄ nos dei: nō natura s̄z pctā fecerūt. Itē  
sanct<sup>o</sup> doc. z alij in. 3. di. 19. dicunt. q̄ christus in tantum nos  
dicitur reconciliasse deo: in quantū per passionē suā remouit  
pctm̄ z satisfecit p offensa per quā homines erant inimici di  
Itē ysidorus. Alii pprie sunt recōciliati: qui ex inimicis ami  
ci sunt effecti. Itē aug. i. 2. de bap. paruu. Christus inqt̄ nos  
reconciliauit deo per remissionē peccatoz. hanc aut̄ sue recō  
ciliationis medelam eis hoibus exhibuit: quos p certissimaz  
p̄scientiā z futuram beneficiētā secum regnatos in vitā  
p̄destinauit eternā. Sed beatā virginē in vitaz p̄destinauit

eternam igitur zc. Itē bernardus in eplā ad innocentiu pa  
pā. 2. Fidelis inqt̄ sermo z oī acceptioe dign<sup>o</sup>. quomā cū ad  
huc peccatores essem<sup>o</sup>: recōciliati sum<sup>o</sup> deo p mortē filij eius  
Ubi enī recōciliatio est: ibi etiā pctōz remissio. Nā si (dicen  
te scriptura) peccata n̄a separāt inter nos z deū: nō est recō  
ciliatio nisi fiat pctōz remissio. Nec ille. ¶ Preterea oēs illi  
hoies quoz xps fuit mediator: habuerūt aliqd̄ pctm̄ per qd̄  
fuerunt separati a deo: sed oīum illoz hominū quoz xps fu  
it redemptor: eoz etiā fuit mediator: ergo oēs illi homines  
quoz christus fuit redemptor: habuerūt aliqd̄ peccatū. Cō  
sequētia patet cū minori. qz vnus est mediator qui dedit se  
metipm̄ redemptionez p omnibus: Maior vero probatur.  
Naz aug. in. 1. de bap. paruu. Uniuersa inquit tenet ecclesia  
oēm hoīem separari a deo qui per mediatorem xpm reconci  
liatur deo: nec separari quēquā nisi peccatis intercidētibus  
posse. nō ergo recōciliari hoies deo p̄nt nisi pctōz remissioe  
p vnā victimā verissimi sacerdotis. Nec ille. Itē idem in li.  
de consensu euangelistaruz. Christus inquit dicit̄ mediator  
dei z hoīum: in quātū nos deo reconciliauit per remissionez  
peccatoz. Itē aug. in. 10. confessionū z in. 9. de ciuitate dei. z  
habet̄ in. 3. sen. di. 19. z in glo. 1. ad thimo. 2. Uer<sup>o</sup> inqt̄ media  
tor xps. secūdū hoīs naturā inter mortales peccatores: z in  
ter immortalē iustū apparuit: mortalis cū hoibus: iustus cum  
deo. Itē enī ad nos veniens prius in se humana assortiauit di  
uinis p vtriusqz nature cōiūctionez in vna p̄sona: deinde oēs  
fideles p mortē recōciliauit deo p remissionē peccatoz. Nec  
ille. ¶ Itē idē in eplā ad gal. Inter infirmos pctōres z deū fa  
ct<sup>o</sup> est mediator homo christus iesus nō iniqu<sup>o</sup> sed infirmus.  
Nec ille. Itē sup ioan. sermone. 41. Non enim recōciliamur  
deo nisi sublato pctō qd̄ inter nos z deum separat. Est enim  
mediū separās z est mediū recōciliās / mediū separās ē pec  
catum: mediator recōciliās est dominus iesus. qui vt tolle  
retur medium separans: qd̄ est peccatū: venit ad nos z fact<sup>o</sup>  
est sacrificium pro pctō. Nec ille. Item beatus amb. z habet̄

Bernard<sup>o</sup> :

2. replica

Aug<sup>o</sup> :

Idem.

Idem.

Idem.

Idem:





Thomas

In glo. 1. ad thi. 2. Unus inquit est mediator christus iesus: q̄ p̄ oibus hoibus factus est homo ad componendū pacem inter immortalem iustum et mortales peccatores. Nec ille. Unde omnes doctores in. 3. sen. dicunt q̄ esse mediatorē conuenit christo secundū humanā naturam et non secundum diuinam: et ideo ante incarnationem non erat mediator et p̄ cōsequens beata virgo non fuit per mediatorem christum preseruata a peccato in sui cōceptōe. quia tūc christus non erat mediator. Ex quibus patet q̄ omnes redempti per christum vna generali redemptione sunt redempti que captiuitatem peccati presupponit. Unde sc̄us thomas in. 4. sen. di. 43. ar. 1. ad. 3. Erroneū est inq̄t dicere q̄ aliquis hō p̄ter christū sine peccato originali concipiatur: q̄ talis non indigeret redemptione q̄ est facta p̄ christū et sic christus nō esset oīum hominū redēptor. Nec potest dici q̄ talis sine pctō conceptus: x̄pi redēptōe indignetur: q̄ p̄stitū fuit ei vt sine pctō cōciperetur. Hoc inq̄a non valet: q̄ illa gr̄a esset facta non sibi sed parētib⁹ vt v3. in eis viciū nature sanaret. quo manēte p̄lem sine originali pctō generare nō potuissent. vel fuisset talis gratia facta nature que sanata est in parētib⁹ et nō p̄sone cōcepte. Oportet aut̄ ponere q̄ oīs homo personaliter et nō solū rōne nature x̄pi redēptōe indigeat: alioquin non eēt x̄ps oīum hoīum redēptor. Liberari enī a malo vel a debito absolui non potest nisi qui debitū incurrit. Et ideo non possent oēs homines in seip̄s personaliter fructū dominice redemptionis percipere: nisi oēs debitores et malo subiecti nascerentur. Unde dimissio debitorū non pōt intelligi in aliquo si sine debito vel immunis a malo cōcipiatur. Sed oportet q̄ sit cum debito conceptus siue natus: et postea p̄ x̄pi gratiā liberatus. Et p̄pter hoc non potest sine errore poni q̄ aliq̄s sine peccato concipiatur. Nec ille. ¶ Nota p̄ declaratiōe p̄cedentiū: q̄ x̄ps dicitur omnes fideles redemisse a seruitute et captiuitate diaboli: q̄ p̄ mortē suam liberati sumus a pctō v̄l a reatu qui fundatur in peccato: p̄pter quod diabol⁹ in nos p̄tatem habet. Unde magister sen. 3. di. 19. An eo inquit q̄ p̄

x̄pi mortē sumus a peccatis absoluti a diabolo sumus libera-  
ti: qui nos in vinculis peccatorū ligatos tenebat: et sic post  
hāc vitā nihil inuenit in nobis qd̄ puniat. Nec ille. ¶ Nota  
2. vt dicit san. doctor in. 3. sen. di. 19. et 3. p. q. 49. q̄ x̄ps p̄ pas-  
sionem suā omnes homines liberauit a morte eterna. Om-  
nes quidē: sufficiēter. electos autē et predestinatos: efficiēter  
Pena enim per quā punatur visio essentie diuine que voca-  
tur vita eterna dicit̄ mors eterna. Homo autem post dupli-  
citer vitā eternā amittere: vno modo per peccatū nature. s. i.  
originale cuius pena est carentia visionis diuine que dicit̄ vi-  
ta eterna. Alio modo per peccatū personale. v3. mortale: cuius  
pena tam sensus quāz damni est eterna: et vtraq̄z pena di-  
citur mors eterna. Homines ergo aut fuerunt ante x̄pi pas-  
sionem. aut tempore passionis: aut post passionem. Des ho-  
mines qui mortui sunt ante x̄pi passionē: penā siue mortem  
eternā que ex peccato originali consequitur incurrerāt secū-  
dū experientia: nō aut̄ oēs incurrerāt penā que p̄sequit̄ pec-  
catū mortale. Nā si mortui erāt cū gratia et nō haberēt rea-  
tū peccati p̄sonalis: ibāt ad limbū sanctorū patrū. Et talis pe-  
na dicebat̄ eterna: in quātū omnibus illis qui sic puniebātur  
deficiebat virtus ad se liberandū. Unde in eternū durasset ni-  
si liberator aduenisset. Quia tñ in illis erat gratia que est dis-  
positio ad recipiendū actū siue effectū liberatis: ideo licet ta-  
lis pena de se esset eterna: terminari poterat si liberator affu-  
isset. Si vero mortui erāt sine gratia ante vsum liberi arbi-  
trij: ibāt ad limbum puerorū vbi experiebātur penam dāni.  
Que dicitur eterna duplici rōne. Primo quia illis qui ad ta-  
lē penā deputātur: deficit virtus ad se liberandū. Secdo q̄ i  
eis nulla est dispositio vt effectū liberatis possint suscipere:  
quia nec gratiaz habent nec eam possunt habere cum sint in  
termino. Si vero post vsum liberi arbitrij mortui sunt sine  
gratia ibant ad infernū vbi puniebātur. pena eterna sensus  
et damni que dicitur eterna propter illas duas causas superi-  
us assignatas. Si vero mortui sūt in gr̄a post vsum liberi ar-  
bitrij: et haberent reatū peccati personalis: ibāt ad purgato-  
rē

q̄ ij





Augustinus

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Per mēbrū quod circūciditur: virgo maria descēdit. que do-  
 minū sine virilis carnalis admixtione concepit. Nec ille. Idē  
 dicit omelia. 8. sicut supra fuit allegatū ca. 12. Adaiō vero p  
 bat per aug. in. 1. de nup. 7 cōcu. Ex hac iquit carnis cōcupis-  
 centia quecūqz nascitur proles: originali est obligata pctō. ni  
 si in illo renascatur quē sine ista cōcupiscentia virgo pcepit.  
 Propterea qm̄ in carne nasci est dignatus: sol⁹ sine pctō est  
 natus. ¶ Item idē in. 2. de nup. 7 concu. Dicimus enī oēs q  
 de cōmixtione maris 7 femine nascuntur trahere originale pec-  
 catū: eosqz d̄ parētib⁹ qualibuscūqz nascantur nō negam⁹ ad  
 huc sub diabolo esse nisi renascant in xp̄o: qui sol⁹ de eadē vtri-  
 usqz sexus cōmixtione cōcept⁹ nō fuit. Nec ille. ¶ Itē i eodez  
 Dico inquit hoies ideo expertes nō esse delicti: qz de illa cō-  
 mixtione seminū sunt nati: q̄ sine pudēda libidine nō pōt etiaz  
 id qd̄ honestū est opari. Dixit br̄s ambro. ep̄us ideo xp̄s ex-  
 pertē eē delicti: qz cōcept⁹ ei⁹ / sexus vtriusqz / cōmixtionis ē  
 expertis. Nullū aut̄ hoium dixit esse expertē delicti: qui d̄ illa cō-  
 mixtione cōceptus est / qui aut̄ expertis est delicti: expertis est  
 7 huiuscemodi cōceptiōis. ¶ Itē idē in. 4. d̄ iuli. Ego inquit  
 beati ambrosij xp̄s tibi opposui suam. qua dicit xp̄m nō  
 aliter expertē potuisse esse delicti nisi expertis fuisset illius cō-  
 ceptionis: quā cōmixtio viri 7 mulieris operatur. ¶ Itē idē  
 in. 5. cōtra iuli. Peccatū inquit p̄thoplasti in oēs hoies per  
 concupiscentiā transit. i illā aut̄ solam carnez transire nō po-  
 tuit: quā nō per cōcupiscentiā virgo cōcepit. Nec ille. ¶ Item  
 in. 6. cōtra iuli. paterni enī delicti cyrographo nascuntur ob-  
 noxi oēs carnaliter de carne nati: ei⁹ solo sanguine ab hoc d̄-  
 bito liberādi: q̄ in carne qdē 7 de carne nō carnaliter s̄ spūa-  
 liter est natus. Natus est enī de spū. ne i illo esset pctm̄: natus  
 est aut̄ ex virgine vt esset in eo similitudo carnis pcti. ¶ Itē  
 idē in. 2. li. sui manualis. Quia inquit homo sine pctō eē non  
 poterat si ex seminū cōmixtione descēderet: idcirco dei fili⁹ vt  
 inq̄natos a pctō mūdaret sine cōmixtione seminuz factus est  
 homo. assumēs ex virgine naturā 7 nō culpā. Eadem verba  
 ponit greg. in. 17. moraliū ca. 16. Et anselm⁹ in li. de cōceptu

virginali. Item aug. in li. de fide ad petrū. Dum sibi inuicēz  
 vir mulierqz miscentur vt filios generēt nō ē sine libidine pa-  
 retū cōcubit⁹: 7 ob hoc filioz ex eoz carne nascētū nō pōt eē  
 sine pctō cōcept⁹ vbi pctūz i paruos si ppago s̄ libido trās-  
 mittit. Itē in eodē 7 hētur de cōse. di. 4. ca. Firmissime tene  
 7 nullaten⁹ dubites oēs hoine q̄ p cōcubitū viri 7 mulieris cō-  
 cipit: cū pctō originali nasci impietati subditū mortiqz subiectū  
 7 ob hoc natura nasci filioz ire de qua dicit ap̄tus. Eram⁹ et  
 nos natura filioz sicut 7 ceteri. Id. il. Et fuit hec auctoritas  
 cōfirmata i scilio mulleuitano. Itē in p̄ de nup. 7 cōcu. Om-  
 ne nuptiaz bonū impletū ē iuxp̄i parētib⁹. Solus ibi nup-  
 tialis cōcubit⁹ nō fuit: qz in carne pcti fieri nō poterat sine il-  
 la carnis cōcupiscentia q̄ accidit ex pctō sine qua cōcipi volu-  
 it: qui futurus erat sine pctō: vt hic etiā doceret oēm carnē q̄  
 ex cōcubitu nascit carnē esse pcti: quando quidez sola illa q̄ si  
 inde nata ē non fuit caro pcti. Id. il. Item in. 2. de bap. paruu.  
 Sicut generatiōe carnis originale peccatū trahunt oēs qui  
 ab adā carnaliter generant: ita 7 generatio spiritus p vnum  
 iesum ad iustificationem vite ducit oēs qui in eo regenerant.  
 Quo circa sicut hō qui si vixit mori nō pōt. 7 qui mortuus si  
 fuit resurgere non potest: ita qui natus non fuit renasci non  
 potest. Ex quo cōficiū neminē in suo parēte renasci potuisse  
 nō natū.oportet aut̄ pri⁹ nasci 7 postmodū renasci. Id. il.  
 Itē i. 13. de tri. Christ⁹ pcept⁹ ē ex v̄gie sine carnali cōcupiscē-  
 tia: p quā seminantē 7 cōcipiunt ceteri oēs qui cōtrahūt origi-  
 nale pctūz. Itē ciprian⁹ i epistola de paruu. bap. Dis inquit  
 paruulus carnaliter nat⁹: cōtagiū mortis prima natiuitate cō-  
 traxit. Id. il. ¶ Additio. ¶ Idē dicit leo papa in sermo-  
 ne. 8. de nati. vbi sic dicit. Intoti⁹ igitur hūani generis strage  
 cōi. vnū solū fuit remediuz: qd̄ posset subuenire prostratis. si  
 aliquis filioz adā originalis preuaricatiōis alien⁹ atqz imo-  
 cēs nasceret: q̄ ceteris exēplo pdesset 7 merito. S̄ qz hoc na-  
 turalis gñatio non sinebat: nec poterat viciate radicali sine se-  
 mine ppago esse. dñs factus est filius dauid: 2 de promissi ge-  
 neris fructu proles est orta sine vicio 7c. Nec ille.

Idem.

Idem.

Idem. 27. q 2. om̄ie nup-  
ciaruz.

Idem.

Idem.

Ciprianus





**S**ed ad istarationē z ad alias auctoritates expresse dicen-  
tes brāz v̄ginez in originali peccō fuisse cōceptā patres n̄ri mi-  
nores sic respōdēt. Cōceptio pōt cap. quattuor modis. Uno  
modo p seminis susceptiōe. secūdo modo p seminū cōmixtiō-  
ne. Tertio mō p corporis formatōe. 4. modo p ip̄i corporis  
iā formati z organizati aiatiōe. Dicūt ḡ q̄ accipiēdo cōcep-  
tionē p̄. 7. 3. mō brā v̄go fuit concepta in originali peccō z sic  
intelligunt auctoritates scōz. Si vero accipiat cōceptio. 4.  
mō sic brā virgo si fuit in peccō cōcepta **S**z ḡ hāc fugā ar-  
guūt p̄ sic. Sola creatura rōal pōt esse subiectū culpe z ḡe:  
lz ante cōceptiōez. 4. mō sūptam ples illis tribus modis cō-  
cepta nō ē creatura rōnalis qz non hēt aiā intellectiūā: er-  
go āte cōceptiōez. 4. mō sumptā nō pōt hēre peccatū vt ēt di-  
cūt oēs doctores z spāliter anselmus vt in principio dictū est  
Preterea anteq̄ infūd. ē aiā rōalis non ē concept⁹ hō: s; ē  
bno. Uti si quis interficeret fetū ante infusiōē aiē ratiōna-  
lis nō esset homicida vt ait aug. z habet. 32. q. 2. ca. Ad ve-  
ro nō formatū. Et idez dicūt doctores in. 4. d. 31. sed āte cō-  
ceptionē. 4. mō / nō est infusa aiā ratiōnalis: igitur ante tales  
conceptionē nō est conceptus homo. Cū ergo sancti docto-  
res dicant oēs hoīes z beatāz virginē ex concupiscētia gene-  
ratos / fuisse conceptos in originali peccō: oportet q̄ intelligāt  
de cōceptiōe. 4. mō q̄ dicitur prima natiuitas hoīs. Preterea  
scī doctores dicūt brām virginem z oēs homines excepto x̄po  
fuisse in originali peccato conceptos: vt cōtradiciāt pellagio  
z iuliano. Sed illi heretici dicebāt q̄ pueri si strahunt ori-  
ginale peccatū in cōceptiōe. 4. modo / ergo sancti doc. itelligūt  
brā virginē z oēs homines excepto x̄po contraxisse originale  
peccatū in cōceptiōe. 4. modo. Preterea sancti doctores di-  
cūt solā aiāz x̄pi fuisse sine peccato: et animā beate vir. z ali-  
orum habuisse peccatū: sed ante cōceptionē 4. modo non fu-  
it anima beate virginis / ergo nō intelligunt q̄ ante cōceptio-  
nem. 4. modo: sed in ipsa conceptionē. 4. modo sumpta brā  
virgo contraxit originale peccatū. Preterea ab̄. sup episto-  
lam ad ro. 8. sic dicit. Caro x̄pi non ita nata est in vtero sicut

1. replica

2. replica

3. replica

4. replica

nostra / qz fuit in vtero sine peccō nata. ideo enim virginalis  
vterus electus est ad conceptū dominicū: vt differret in scīta-  
te caro domini a carne nostra. Nec ille. Ex quo patet q̄ cum  
conceptio x̄pi differat in sanctitate a conceptione nostra q̄a  
fuit sine peccato. sequitur q̄ conceptio omnium aliorum. 4.  
modo sumpta: fuerit cum originali peccato

**C**apitulo. 29. in quo ponitur. 3. ratio sumpta ex parte pe-  
nalitatis.



**Q**ertia ratio est talis. Dēs hoīes preter christum  
qui post ade p̄cūz mortui sūt habuerūt aliqd̄ p̄cūz  
sed brā virgo ē hō non x̄ps q̄ mortua est post ade  
peccatūz igit. 7c. Consequētia patet cū minori p̄ oēs  
doctores z per ecclīaz q̄ facit festū assūptionis in  
cuius oratiōe cātat q̄ dei genitrix mortem subiit tempora-  
lem. Adāio: v̄o pbat qz fuit determinatū in scilio milleui-  
tano q̄ mors ē pena p̄ci 2 q̄ dicit oppositū ē heretic⁹ vt hētur  
de pse. di. 4. ubi dicit. Placuit q̄ si q̄s dixerit mortē si eē pe-  
nā p̄ci anathema sit. Itē aug. in li. yponosticō. Adors ei pp̄-  
ter p̄cūz introiuit in orbē terraz. Quibus quippe hominibus  
tan iustis q̄ iniustis p̄pter peccatū ade quod prima natiuita-  
te trāxerūt mors tēporalis ista debetur. Nos enīz p̄cō mori-  
mur victi: x̄ps aut̄ innocēs mori voluit vt moriendo mortēz  
nostrā captiaret. Itē in eodē. Dic ergo querenti mihi si  
peccatum paruulus nullum carnaliter natus atraxit: cur tā  
breui dierum sorte mortis astrigitur? Non enim me fingen-  
te. sed apostolo predicante dictum: est propter peccatū mori  
z stipendia peccati mors. Sed secundum errorem vestrum  
iniquus est deus. vt mori paruulum patiatur non habentes  
peccatum per quod possit vita priuari. Nec ille. Hanc ratio-  
nem idem confirmat super ps. 34. sic dicens. Adam mortu-  
us est propter peccatum. maria ex adam mortua est propter  
peccatum. Caro autem domini ex maria mortua est prop-  
ter delenda peccata: Nec ille. Item in. 6. contra iulianum.  
Nos inquit negantes originale peccatum in pueros traduci:  
profecto cogimini dicere deum esse inuālidum vel inu-

Concilium.

Augustinus

Idem

Idem.

Nota maria  
Idem.



Idem.

Idem.  
Nota.

Idem.


Idem.

Nota.  
de morte

Idem.

Gregorius.

stū: sub cui<sup>9</sup> potestate imago ei<sup>9</sup> in paruulis tantis ma'is affligitur. Itē in. 2. de hap. parul'. Nostiz inquit corp<sup>9</sup>: mortuū est propter pctūz: solū autē xpī corpus mortuū est sine pcō: vt fuso sanguine sine culpa: omnū culpaz cirographa delerētuz  
Itē in eodem. Teneamus inquit indeclinabile fidei cōfessio nem: solus vnus est qui sine pctō natus est in similitudine carnis pcti: solus sine pcō mortuus est propter nostra peccata.  
Id. il. Idē in eodem. Nulla inquit pena alicui debetur nisi ppter peccatū: excepto illo qui in flagella parat<sup>9</sup> est absqz peccato. Id. ille. Itē idē in li. de perfectione iustitie. Qui negat inquit in omnez hoinez pctūz introisse: negare vtiqz debet in illos mortem pertransisse. Adors eniz intrare non potuit nisi intrāte peccato: quia vero in omnes homines mors pertrā sit: necesse est in omnes pertransisse peccatum. Et quia originale peccatum cum quo paruulus nascitur / oculis carnis videre non possumus: omnes autē ex adam carnaliter natos ēt si iam in xpo renati sunt: videmus mortis legibus astringi: per hoc qd videmus id qd non videmus cogimur confiteri. Facilius enim fieri potuit: vt trāseunte peccato pena minime sequeretur: q̄ vt nullo comitāte pcō / partem sumat pene. q̄ nihil habuit culpe. Itē idē ad sabinū comitē. Christus inquit mortuus est pro peccō: nō suos sed alieno: ceteri vero omnes. non alieno sed suo moriuntur peccato. Id. ille. Itē greg in. 9. li. moralium. Christus inquit inter hoines solus iustus apparuit et ad penam culpe solus sine culpa peruenit. Id. ille. Ex quibus patet q̄ ille qui est sine culpa non debet affligi pena vt etiam habet. ca. 7. de cōstitutionibus: qz cessante causa debet cessare effectus ex illa causa proueniēs. Cū ergo mors sit pena peccati non debet infligi nisi pro peccato. vel suo sicut in nobis. vel alieno sicut in christo qui satisfecit pro peccatis nostris.

Cap. 30. in q̄ ponitur. 4. ratio sumpta ex pte mortis christi  

 Quarta ratio quaz puto efficacissimā ē talis. Omnes homines pro quibus xp̄s est mortuus. habuerunt de facto aliquod pctūm: s3 pro beata virgine xp̄s est mortu<sup>9</sup>. ergo beata virgo de facto habuit

aliquod peccatū: sed non habuit actuale ergo originale. Eō sequentia patet cum minori. Cū quia apostulus. 2. ad corinth 5. dicit. q̄ christus pro omnibus mortuus ē. Tum quia hugo de sancto victore super magnificat loquens in persona virginis sic dicit. Uideo namqz de me assumi quod credo pro me debere offerri. Cū etiā qz aug. in sermone assumptionis loquens ad virginem sic dicit. Lacta maria creatorem tuum: prebe labenti mamillam: vt ipse pro te prebeat percutienti se maxillam. Tum etiam quia dominus bonauentura in prima parte stimuli amoris cap. 4. sic dicit. Beata virgo sciebat q̄ filius eius patiebatur pro se sicut pro alijs redimēdis. Ad aior vero probatur per aug. in. 6. contra iuli. negātem pueros christianoz cōtrahere originale peccatum ubi sic dicit. Cor<sup>9</sup> iste apostolice epistole locus: si te ab hac tua prauitate nō corrigit: nimis obduruisti. Comendat enī deus suaz caritatē in nobis qz cum adhuc inimici essemus: xp̄s pro nobis mortuus est. Hoc tu dictū paruulis exceptis vis putari. Ubi sic abste querā. Si nō sunt paruuli inter pctōres habendi: quo modo pro eis mortuus ē christus qui pro pctōribus est mortuus: It̄ respondebis non pro solis peccatorib<sup>9</sup> xp̄m esse mortuum: quāuis 2 pro pctōribus sit mortuus. Sed nusq̄ legis in diuinis autoribus mortuuz esse xp̄m. etiam pro eis qui nullum habuerunt pctūz. Sed attende q̄ validis testimonijs vigeas. Tu dicis etiam pro pctōribus xp̄m esse mortuum: ego vero dico non nisi pro pctōrib<sup>9</sup> mortuū. Ita vt respōdere cogaris: si nullo peccato paruuli obstricti sunt: nō esse xp̄z pro paruulis mortuū. Dicit enim apo<sup>9</sup> ad corinth. quoniam vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. et pro omnibus mortuus ē xp̄s. Nullo modo hic negare permittis non nisi pro hys qui mortui sunt: mortuum fuisse iesū. Quos ergo hoc loco intelligis mortuos: nunquid eos qui d corpore exierunt: Quis ita desipiat vt hoc sapiat: Eo modo itaqz intelligimus mortuos oēs pro quibus mortuus ē xp̄s quomodo alibi dicit. Et vos cuz essetis mortui in delictis uiuificati estis cum illo. Sic per hoc q̄ dicit vnus quidē pro oī

.2. co 5.  
Dugo.Aug<sup>9</sup>.

Bōauētura

Aug<sup>9</sup>.  
In p̄cipio.



bus mortu<sup>o</sup> ē ergo oēs mortui sūt: ostēdit fieri si potuissent mo-  
rere et xps n̄ p mortuis idest p pctōib<sup>o</sup>. Ex hoc ei pbabit oēs  
mortuos esse qz p oib<sup>o</sup> mortu<sup>o</sup> ē vn<sup>o</sup>. Eōsequēs ḡ esse volu-  
it vt oēs intelligant mortui: si pro oibus mortuus ē. Quia er-  
go nō in corpore / restat vt in pctō mortuos esse omnes pro q̄  
bns mortu<sup>o</sup> est xps: nemo neget. nemo dubitet. nisi qui se ne-  
gat aut dubitat eē xpianū. Quapropter si nullū trahūt pctūz  
paruuli. non sunt mortui. Si nō sunt mortui: non est mortu-  
us pro eis xps: qui non ē mortuus nisi p mortuis. Tu vero iā  
in primo libro s̄ me clamans dixisti: xpm etiam p paruulis  
mortuū: ergo nullo modo negare pmiteris paruulus trahē-  
re originale pctūz. Redi ergo mecū ad illud quod ad roma-  
nos ceperaz dicere. Eōmēdat inquit deus caritatē suā in no-  
bis quoniā cū adhuc in m̄nici essem<sup>o</sup>: xps p nobis mortuus ē  
Et infra. Originale inquit pctūz quod in parente regenera-  
to dimittitur: transit in prole z manet in ea quousqz z ip̄a re-  
generetur. Eū ei dictuz sit vn<sup>o</sup> pro omnibus mortuus est er-  
go omnes mortui sunt: q̄ corde / quo ore / qua fronte / paruu-  
los mortuos negatis. pro quibus christum mortuum non ne-  
gatis: Si enim pro eis mortuus est: ergo z ipsi cum oibus  
peccato mortui sunt. Verba hec sunt apostolica: s̄ arma sūt  
n̄ra: quibus si repugnare nolis intelligis q̄ sine dubitatōe cre-  
dendum est: nulli xpi mortez esse necessariam nisi ei qui in pe-  
ccato mortuus est. Nec ille. Et infra. Per vnum inquit ho-  
minem peccatuz intrasse in mundum z ita in omnes homines  
pertransisse in quo oēs peccauerunt non existimemus fas no-  
bis esse aliter accipere nisi vt omnes mortuos esse credamus  
pro quibus mortuus est christus. Ad oēs enim etates perti-  
nere non dubitamus quod apostolus ait. Beneficium dei.  
qui eruit nos de potestate tenebrarū z transtulit in regnū fi-  
lij caritatis sue. Explica inquit quomodo peccatū persone il-  
li possit ascribi que nec voluit pecare nec potuit: Sed si vos  
sententiā rectā in vestrum tortum sensuz torquere noletis. au-  
diretis apostolum hoc breuiter explicantem: qui cū dicit vnū  
fuisse in quo omnes peccauerunt: in illo vno omnes mortu-

Nota.

Et infra.

Nota.

Nota.

Adodicū .i.

p̄ infra

Infra.

os esse dixit vt vnus alius pro omnibus moreretur. Vnus ei  
pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt pro qui-  
bus mortuus est christus. Mega igitur christum pro paruu-  
lus mortuum: vt eos excipias de numero mortuorum hoc est  
de contagio peccatorum. Et infra. Propter hoc vinculū qd̄  
connectitur ex primo adā nec solui potest nisi in secundo adā  
propter hoc in q̄ vinculum mortis mortui reperiuntur infan-  
tes: non ista morte notissima que a corpore animaz separāt:  
sed ea morte qua tenebantur omnes pro quibus mortuus ē  
christus. Scimus enim ait apo<sup>o</sup> (quod a nobis sepissime re-  
petendū est) quoniā si vnus pro omnib<sup>o</sup> mortu<sup>o</sup> ē ergo oēs  
mortui sunt z pro omnibus mortuus est xps. Quod aperti-  
us ita dicitur. Illi sunt a mortis vinculo liberati: pro quibus  
mortu<sup>o</sup> est inter mortuos liber. Vt multo apertius. Illi sūt  
liberati a peccato pro quibus mortuus est ille qui nunquam  
fuit in peccato. Nec sunt stabilimenta fidei christiane. Qui  
ea subuertere nititur: stantibus illis ille subuertetur. Nec il-  
le. Ex hac deductione aug. que est efficacissima int̄ omnes ra-  
tiones quas facit contra iulianum quam in toto illo. 6. li. p̄  
sequitur clarissime concluditur: q̄ beata virgo fuit in origina-  
li peccato concepta: aliter enim argumentum aug. nihil con-  
cluderet. Assumit enim has propositiones xps mortu<sup>o</sup> est  
solum pro peccatoribus. Et omnes p quibus mortu<sup>o</sup> est xps  
habuerūt aliqd̄ pctūz. Has autem propositiones dicit adeo  
esse veras: vt nullus possit illas negare vel d̄ illis dubitare ni-  
si ille q̄ negat vel dubitat se esse xpianū. Deinde subiūgit. Si  
paruuli nō habuerūt aliqd̄ pctūz xps nō ē p eis mortu<sup>o</sup>: eo q̄  
morti xpi si ē necessaria nisi his q̄ habuerūt aliqd̄ pctūz. Et q̄  
q̄ excipit aliquē a cōtagio pctōz negat p illo xps fuisse mortu-  
uz: z q̄ illi p q̄b<sup>o</sup> mortu<sup>o</sup> ē xps s̄ a pcti victo liberati. Et has  
ppositiones dicit esse stabilimēta fidei christiane. Cum ergo  
p btā virgine xps sit mortuus: de necessitate sequitur q̄ ori-  
ginale pctūz habuerit. ¶ Itē aug. in. 20. de ci. dei. ca. 6. Mēnt  
inquit z anime mortem suam in impietate atqz pctis de qua  
morte ait ap̄lus. Si vn<sup>o</sup> pro oibus mortu<sup>o</sup> est ergo omnes

.16. col' plice  
maio.

Infra

Supra q̄i. i  
principio.

Idem

Idem



Idem

mortui sunt. Omnes itaq; mortui sunt in peccatis nemine proxijs excepto: siue originalibus siue etiam voluntate additis: et pro omnibus mortuus est vnus nullū habens omnino pctūz: vt qui per remissionem pctōz viuunt iaz no sibi viuāt sed ei qui pro omnibus mortuus est. Nec ille. ¶ Item idē in .2. de nup. et concu. Quomodo inquit paruuli / rei non sunt: pro quibus mortuus est christus. Nābent ergo paruuli pctā originalia si pro illis tradit⁹ ē christus. Nābēt cur eos saluos faciat: qui venit in hunc mundum pctōres saluos facere. Nābent quod in eis remittat: qui sanguinē se fudisse testatur in remissionem peccatoz. ¶ Item in .3. iuli. Quia inquit pro paruulis christus mortuus est: ideo ad ipsos sanguis ille pertinet qui in remissionem fusus est peccatoz: a quo illos alie nos facitis: dū eos originale pctūz trahere negatis. Nec ille. Ex quibus patet qd sanguis xp̄i non est effusus nisi pro his q̄ habuerunt peccatum.

Idem

¶ Capitulum .31. in quo ponitur ratio sumpta ex prerogatiua christi.



Quinta ratio est talis. Solus xp̄s fuit in sui conceptione sanctus. et solus xp̄s et sola anima eius fuit sine peccato. Et soli xp̄o non fuit opus renasci et omnes homines excepto xp̄o habuerunt aliquod pctūz: ergo beata virgo que fuit hō non xp̄s non fuit in sui conceptione sancta nec fuit sine pctō et ei fuit opus renasci et per p̄sis habuit originale peccatuz. Antecedens p̄batur primo quantum ad primaz partem. Nam aug. in li. q̄ dicitur speculum. cap. 12. sic dicit. Raro nanq; christi sanctificatione diuine gr̄e per donum spiritus sancti ita formata est et in vnitae filij dei absq; vlla peccati originalis sorde assumpta: vt ex ip̄a cōceptione sanctificata nullum posset deinceps recipere pctūz. Nāz ceteri homines ad hoc sanctificantur vt peccatis careant que prius habebant. Solus autem homo ille dñicus ad hoc sanctificatus est vt pctūz in se nullum reciperet. Nec ille. Item greg. in 18. mor. ca. 39. Nullus sanctorū quātūlibet virtutibus plen⁹ existat potest ullo modo equari

.i. per astitis. Aug⁹.

Breg⁹.

ei de quo ad distinctionem nostre sanctitatis dictū est qd ex te nascetur sanctum. Nos quippe et si sancti efficiamur nō tamen sancti nascimur id est concipimur: quia nature corruptibilis conditione constringimur vt cum propheta dicamus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis cōcepit me mater mea. Nec ille. ¶ Ille ergo sol⁹ veraciter sanctus est natus: qui ex cōmixtione carnalis copule non est cōceptus. Non ergo adequabitur ei topazion de ethiopia. Ac si patenter dicat. Alij sancti qz ex peccati nigredine ad gr̄am veniūt: equari deo homini in puritate nō p̄sit. Itē ambro. super lucā. Solus inquit per omnia ex natis de femina sanct⁹ est dñs iesus. qui terrene cōtagia corruptele imaculati parit⁹ nouitate non sensit. Idem dicit ad ro. 8. Itē bernard⁹ ad lugdunenses. Quāuis inquit paucis filioz hoīum datum sit cū sanctitate nasci: nulli tamen donatum est cum sanctitate cōcipi: vt vni sane seruariet sancti prerogatiua concept⁹ q̄ oēs sanctificaret solusq; absq; pctō veniens purgationē faceret peccatoz. Solus itaq; dñs iesus est de spū sancto conceptus: qui solus est in conceptione scūs. Quo excepto: ceteros oēs respicit qd vnus ait. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis etc. Et in sermone assūptiōis beatae inquit maria hac singulari prerogatiua in concipiēdo gaudet quia nō in originali peccato filium quemadmodū ceteri omnes sed supuemente spiritu sancto sola de sanctificatione cōcepit. Idem idem dicit leo papa / theophil⁹ et ricardus de sancto victore vt supra allegatū est. Idem dicūt / alexāder de ales / Bonauētura / Ricardus / Albert⁹ et scūs Thomas et alij antiq; theologi i. 1. sē. di. 16. et i. 3. vbi ponūt qd xp̄s secūdū humanitatē aliter sanctificat⁹ est quā alij hoīes: qz ip̄e de nō sancto negatiue factus est scūs. alij vero de nō sancto priuate facti sūt scī. Ex q̄bus patet veritas prime partis antecedētis. Videlicet qd solus xp̄s fuit in cōceptione sanct⁹. Ex qua sequūtur formaliter iste due p̄positiōes. Quis homo qui fuit in cōceptiōe scūs est xp̄s: qz ab exclusiua ad vniuersalē affirmatiua de terminis transpositis. est bona p̄sia. et ista nihil

Ambro:

Bernard⁹:

Nota.

Idem.

Leo  
Theophilus  
Ricard⁹.  
Alexāder  
Bonauētura.  
Ricard⁹.  
Albert⁹  
Thomas





Solutio

Replica

2. replica

Sol. replice  
Replica

2. replica

2. Sol. prin.

Replica.

Sol.

hō nō xp̄s fuit in cōceptiōe sc̄ūs . Sed beata virgo nō ē xp̄s  
 s̄z est hō nō xp̄s: ḡ nō fuit in p̄ceptiōe sc̄ā. Ex quo seq̄t q̄ ha-  
 buerit in p̄ceptiōe pct̄m: q̄ post pct̄m ade inter sc̄itatē z pec-  
 catū nō dat mediū i hoib⁹ p̄ceptis . S̄z ad h̄ac rōnē dicūt q̄  
 maior est vera de eo q̄ est sc̄ūs p̄ naturā: nō aut̄ de eo q̄ ē sc̄ūs  
 p̄ gr̄az. sol⁹. n. xp̄s fuit sc̄ūs p̄ naturā z sic itelligūt sc̄i. B̄tā at̄  
 v̄go fuit sc̄ā p̄ gr̄am. S̄z ḡ. Ille q̄ ē sc̄ificat⁹ p̄ gr̄am creat̄a i  
 aia sua nō est sc̄ūs p̄ naturā s̄z p̄ gr̄am: s̄z xp̄s sc̄dm h̄ūanita-  
 tē fuit sc̄ificat⁹ p̄ gr̄az creat̄a in aia ei⁹ vt dicit aug. z alij doc.  
 in. 3. sen. di. 3 ḡ nō fuit sc̄ūs p̄ nām s̄z p̄ gr̄am. ¶ Preterea sc̄i  
 tal p̄ naturā nulli creature cōuenit s̄z soli dō: s̄z h̄ūant̄as xp̄i  
 z aia ei⁹ sc̄dm quā cōpetit sibi sc̄ificatio est creatura igit̄ zc.  
 ¶ S̄z dicūt q̄ gr̄a sc̄dm quā aia xp̄i fuit sc̄ificata p̄uenit aie  
 eius naturaliter z iō. fuit sc̄ā p̄ naturā. S̄z cōtra. ¶ Natura  
 le dicitur dupliciter. vno mō q̄ causat̄ a principijs nature si-  
 cut naturale ē igni ferri sursum. Alio mō dicit̄ naturale q̄ est  
 a principio natiuitatis simul cū natura sicut oēs hoies exce-  
 pto xp̄o sunt natura filij ire vt ait apl⁹. Gratia aut̄ nō cau-  
 satur a principijs nature h̄ūane: s̄z solū a natura diuina: vt di-  
 cūt doctores i. 3. se. di. 3. ḡ gr̄a nō est naturalis aie vel h̄ūani-  
 tati xp̄i primo mō. ¶ Preterea q̄d est sup̄naturale alicui si ē  
 sibi naturale: sed gratia est donum sup̄naturale creature:  
 ergo gratia non est naturalis alicui creature. Si vero dicat̄  
 naturale. 2⁹ mō: sic gr̄a fuit naturalis hoī xp̄o: q̄ fuit in eo a  
 principio cōceptionis z nūquā eū deseruit. z hoc mō ḡcunq̄z  
 a principio sue p̄ceptōis ē sc̄ūs p̄ gr̄az ē sc̄ūs nālter. Si ḡ br̄a  
 virgo fuisset sancta per gr̄am in sui cōceptione: tūc fuisset sc̄ā  
 naturaliter z per p̄ns hoc nō cōueniret soli xp̄o. ¶ Alij dicūt  
 q̄ solus xp̄s fuit sc̄ūs de iure z facto. beata aut̄ virgo de fa-  
 cto: s̄z nō de iure. S̄z ḡ. ¶ Quicūq̄z h̄z gr̄azin primo inst̄ati  
 sue cōceptōis est sc̄ūs de iure z de facto. q̄ iustum est vt qui  
 habet gr̄am sit p̄ tūc sc̄ūs: z etiā de facto est sc̄ūs: q̄ gr̄a cau-  
 sat sc̄itatē. sed vt dicit̄ br̄a virgo h̄uit gr̄am in primo inst̄anti  
 sue cōceptōis: ḡ tūc fuit sancta de iure z de facto. Et si di-  
 catur q̄ maior intelligitur de eo qui h̄z gr̄az de iure. xp̄s aut̄

h̄uit gr̄am de iure: nō aut̄ bt̄a virgo. S̄z ḡ. Nā habere gr̄az  
 de iure pōt̄ intelligi dupliciter. Uno mō sc̄dm q̄ ius importat  
 retributionē p̄ meritis: z hoc mō nulla creatura habet gr̄am  
 de iure: sed ex sola dei misericordia. Alio mō sc̄dm q̄ ius siue  
 iusticia importat cōdecentiā diuine bonitatis: z hoc mō oēs  
 qui h̄nt gr̄am habent eā de iure: q̄ habent illā a deo qui non  
 agit nisi illud q̄d cōdecet suam bonitatē. Ex quibus patet q̄  
 si solus xp̄s fuit in sui cōceptiōe sc̄ūs: de necessitate seq̄tur q̄  
 beata virgo nō fuerit in sui cōceptiōe sancta. ¶ Q̄d vero so-  
 lus xp̄s z sola aia eius fuerit sine pct̄o que est. 2. ps̄ añ: is pa-  
 ter. Nā aug. in. 1. de bap. paruu. Sol⁹ inquit xp̄s sine peccat̄o  
 natus est quem sine virili complexu virgo concepit. Item  
 super Jo. Christ⁹ inqt̄ solus fuit sine peccato / sol⁹ sine macu-  
 la / nō cui⁹ macule absterse sint: sed cui⁹ macula nulla fuit. Et  
 2. de nup. z p̄cu. Dēs inquit sub pct̄o nascimur z per vnum q̄  
 solus sine peccato fuit liberamur. Et i enche. Lū humanuz  
 gen⁹ pct̄ā longe separassent a deo: p̄ vnū mediatorē q̄ sol⁹ si-  
 ne pct̄o eēt oportuit nos recōciliari deo. Et super Jo. Sol⁹  
 xp̄s de pct̄o nos liberare potuit qui solus sine pct̄o venit. Et  
 sup̄ ps̄. Sol⁹ esse innocēs infans potuit qui de adā ex libidi-  
 ne natus non fuit. Et sup̄ ps̄. 140. Christ⁹ vere agn⁹ imacu-  
 lat⁹ dicit̄: q̄ i eo solo pct̄m nullū inuētū fuit. Idē tenet i. 44.  
 alijs locis sicut allegaui in alio libello quez intitulaui comiti  
 Petro de gambara cui buriensi in. 13. ratione. 2. vie. Item  
 ambro. in li. de archa noe. Sol⁹ xp̄s potuit esse iustus z sine  
 pct̄o cū ois generatio hoīum oberraret nisi nat⁹ ex v̄gine ge-  
 nerationis obnoxie minime teneretur. Et sup̄ beati immacula-  
 ti. Sol⁹ xp̄s est in quo pct̄m nullū fuit: Idē tenet in ser̄ alijs  
 locis sicut supra dictū est. Itē ieronim⁹ sup̄ cantica. Sol⁹ do-  
 min⁹ iesus pct̄m nullū habuit q̄ z sol⁹ inter mortuos liber fu-  
 it. Itē gregorius in. xi. moralū. Sol⁹ xp̄s in carne sua mun-  
 dus a peccato extitit qui per carnalem delectationē huc nō  
 venit. Et li. 9. Solus xp̄s inter oēs iustus apparuit z ad pe-  
 nā solus sine culpa puenit. Itē leo papa ad flavianū. Capti-  
 uitas n̄ra aliter solui nō poterat nisi cāz nostrā ille susciperet.

Replica

Sc̄da ps̄ añ.

Aug⁹:  
Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Ambo.

Idem.

Jeronimus.

Breg.

Idem.

Leo papa.





Idem.

Idem.

Idem.

Origenes  
Cassianus.  
Hieron.  
Augustinus.

Solutio

1. replica

2. replica

replica

qui verus homo esset et solus peccati contagium non haberet ideo dei filius sumpsit ex matre naturam non culpam. Et infra. Fides catholica in eo solo acquirit salutem in quo solo se homo inuenit innocentem. Et in sermone. s. natiuitatis. Solus christus inter homines innocens est natus qui solus sine concupiscentia est conceptus. Et in. g. de passioe. In solo inquit christo natura hominis fuit sine culpa. Et in sermone 12. Solus inquit filius beate virginis natus est absque delicto non extraneus ab hominum genere sed alienus ab omnium crimine. Et idem tenet in. 12. alijs locis sicut notauimus in alio libro. Idem tenent origenes iohannes cassianus et alij doctores sicut supra allegatum est. Quod autem sola anima christi fuerit sine peccato patet per ieronimum super ps. sic dicentem Unica est anima christi que sola sine peccato fuit. Et aug. ad opus de origine anime. Omnis anima excepta mediatoris aliquo peccato infecta fuit. Ex isto autem antecedente sequitur quod omnis qui fuit semper sine peccato sit christus et quod nihil homo non christus fuit semper sine peccato: sed beata virgo est homo non christus. ergo non fuit semper sine peccato. Sed ad hoc dicunt quod solus christus et sola anima christi fuit sine peccato per naturam anima vero virginis fuit semper sine peccato per gratiam: Sed contra. Omnis qui fuit semper sine peccato per gratiam fuit semper et in conceptione sanctus. Sed beata virgo non fuit in conceptione sancta. ut probatum est: ergo non fuit semper sine peccato per gratiam. ¶ Preterea omnis qui fuit semper sine peccato per gratiam si indiget redemptione nec reconciliatione ut supra probatum est: sed beata virgo indiget redemptione igitur etc. ¶ Preterea. omnis natura intellectualis cui puenit esse semper sine peccato per naturam: habet voluntatem suam naturaliter confirmatam in bonum: sed anima christi non habet voluntatem suam naturaliter confirmatam in bonum: ergo anima christi non conuenit esse semper sine peccato per naturam. Consequenter patet cum maiori. Ad idem vero probatur. Quia nulla creatura habet naturaliter voluntatem suam confirmatam in bonum: sed anima christi est creatura: ergo non habet voluntatem suam naturaliter confirmatam in bonum. Consequenter patet cum minori. Ad idem vero probatur: quia illud quod est proprius superioris nature non potest conuenire naturaliter inferiori nature nisi transmutetur in superiorem naturam: sicut calor ignis non potest conuenire naturali aqua:

sed habere voluntatem naturaliter confirmatam in bonum est proprium diuine nature que est omnino immutabilis ut probatur sancto doctorum d. vi. q. 24. ar. 7. igitur etc. ¶ Preterea omne illud cui puenit esse semper sine peccato per naturam. si in suis puris naturalibus accipiatur seculo ab eo omni dono gratuito et supernaturali non poterit peccare nec sibi peccatum conuenire: sed anima christi si in suis puris naturalibus acciperet et per impossibile gratia unionis et habitualis ab ea seperaretur posset peccare: ergo anime christi non puenit semper esse sine peccato per naturam sed per gratiam. Consequenter patet cum maiori. Ad idem vero probatur. Nam ut dicit sanctus doctor in. 1. pte. q. 63. ar. 1. quelibet creatura rationalis si in sola natura consideretur potest peccare et cuiuscumque conuenit ut peccare non posset hoc habet ex dono gratie et non ex conditione nature: sed anima christi est creatura rationalis: ergo si in solis naturalibus accipiatur poterit peccare. Hoc ergo quod est non posse peccare non conuenit sibi ex conditione nature: sed ex dono gratie unionis et gratie habitualis. ¶ Preterea. Omnis natura intellectualis que in puris naturalibus accepta non potest peccare habet voluntatem suam naturaliter confirmatam in bonum. sed anima christi non habet voluntatem suam naturaliter confirmatam in bonum igitur etc. ¶ Preterea. Omnis voluntas que non est regula sui actus: sed superior gubernat potest secundum conditionem nature sue peccare si in puris naturalibus consideretur ut dicit sanctus doctor. ubi supra et in. 3. contra gentes. ca. 109. et de malo. q. 16. ar. 2: sed sola voluntas diuina est regula sui actus: quia non ad superiorem finem ordinatur. Omnis autem voluntas creature si debeat esse recta oportet quod reguletur a voluntate diuina igitur sola voluntas diuina per naturam peccare non potest. quilibet autem voluntas creature peccare potest si in puris naturalibus accipiat. Et ideo bene dicit damascenus. quod omnis creatura vertibilis est aut secundum substantiam aut secundum electionem si sola nature conditio consideretur. Et ieronimus in tractatu de filio prodigo dicit. Solus deus est in quem peccatum cadere non potest. cetera vero cum sint liberi arbitrii in utraque parte flexi possunt videlicet sola conditio nature considerata ut exponitur in. 2. sen. di. 7. Si vero dicatur quod anima christi fuit sem-

4. replica

5. replica.

6. replica.

Damascenus

Hieronimus

Alia. Sol.





per sine peccato per naturam / quia simul cum natura accepit hoc quod est carere peccato et hoc inseparabiliter adhaerit naturae suae: tunc haec ratio non euacuabit argumentum. Quia si beata virgo per gratiam fuit semper sine peccato: poterimus dicere: quod fuit sine peccato per naturam: quia simul cum natura inseparabiliter accepit hoc quod est carere peccato: et sic falsum erit quod sola anima christi fuit sine peccato. Dicendum est ergo quod causa quare anima christi non habuit peccatum in principio sui esse est: quia unita fuit corpori non ab adhaerentia seminaliter propagato. Causa autem quare postea non peccauit nec potuit peccare fuit ex gratia unionis et gratia habituali confirmata voluntate eius in bonum. Propter has duas causas dicunt sancti ipsi fuisse semper sine peccato. Et quia ista duo soli anime christi conueniunt: ideo ipsa sola fuit semper sine peccato. **¶** Quod autem soli christo non opus fuit renasci que fuit. 3. pars auctoris patet. Nam augustinus in libro de presentia ad dardanum. Nobis inquit opus fuit nasci et renasci. soli autem christo opus fuit propter nos tantummodo nasci. Nos enim a peccato ad iusticiam renascendo transimus ille autem a nullo peccato ad iusticiam transitum fecit. Ille ergo singulariter est natus cui non opus fuit renasci: nec ex peccato in quo nunquam fuit transitum fecit nec in peccato conceptus fuit. Et encheridius. Solus inquit christus potuit ita nasci ut ei opus non esset renasci. Ex quibus arguitur sic. Quis homo cui non fuit opus renasci est christus: sed beata virgo fuit homo non christus ergo beate virginis fuit opus renasci et per consequens habuit peccatum. Quod vero omnes homines excepto christo habuerint aliquid peccatum patet. Nam augustinus in 20. de ciuitate dei. Quis inquit homines mortui sunt in peccato nemine propter excepto et pro omnibus mortuus est vnus nullum habens omnino peccatum. Et in 2. de baptismo paruo. Ex quo inquit per vnum hominum peccatum intrant in mundum nullus extitit homo de quo in hac vita positum veraciter dici possit quod nullum habuerit omnino peccatum excepto vno mediatore qui nos deo per remissionem reconciliauit peccatorum. Et in 5. contra iulium. Peccatum inquit per theoplausti in omnes homines per concupiscentiam transit in illum solum transire non potuit: quem non ex illa virgo concepit. Et in libro de natura et gratia. Nemo inquit inuenit qui dicitur sit sine peccato nisi vnus solus

3. p. auct.  
Aug.

Aug.

Idem.

Idem.

Idem.

qui venit in similitudine carnis peccati et non fuit caro peccati. Et gre g. in. 12. mor. Nemo inquit sine peccato fuit nisi christus qui si ex peccato venit. Idem dicunt alii doctores. Et hieronimus ad algasia. Nullus inquit homo sine peccato fuit: excepto eo solo qui peccatum non fecit nec dolere inuenit est in ore eius. **¶** Ex predictis habemus istas duas propositiones. Prima. Quis homo excepto christo habuit aliquid peccatum. Que sic exponitur. Christus non habuit peccatum siue per naturam accipias siue per gratiam siue naturaliter siue formaliter. Et omnis homo non christus habuit aliquid peccatum siue per naturam accipias siue quocumque alio modo igitur etc. Sed beata virgo fuit homo non christus ergo habuit aliquid peccatum. Secunda propositio est talis. Nullus homo excepto christo fuit semper sine peccato. Que sic exponitur. Christus fuit semper sine peccato de facto. et nullus homo non christus fuit semper sine peccato de facto igitur etc. Sed beata virgo est homo non christus ergo non fuit semper sine peccato de facto. **¶** Si tu dicas quod christus non habuit peccatum per naturam et omnes alii habuerunt peccatum per naturam habetur propositum. Quia qui habuerunt peccatum per naturam habuerunt peccatum de facto. Nam a parte in modo ad totum in modo: et a coniunctis ad diuisa est bona consequentia quando determinatio non est diuina nec distrahetur sicut est in proposito: sed beata virgo habuit peccatum per naturam ergo habuit peccatum de facto. **¶** Preterea habere peccatum per naturam potest intelligi dupliciter. Uno modo quia peccatum consequitur principia naturalia. Alio modo quia simul habetur cum natura: quocumque modo accipiatur: illud quod conuenit alicui per naturam inest ei in principio sui esse de facto: sed beata virgo et omnes alii homines excepto christo habuerunt aliquid peccatum per naturam ergo de facto habuerunt aliquid peccatum in principio sui esse. Et confirmatur ista ratio quia est regula coronata in iure quod exceptio facta in vno casu firmat regulam in omnibus alijs non exceptis. Ad hoc allegatur textus in l. quesitum. §. idem respondit. ff. de fundo instructo. et ibi glo. hoc colligit ubi allegat alios textus concordantes. Hoc etiam notat glo. in. §. ut autem in autentico de non alienatione collatione. 2. exponendo illum textum dum dicit exceptionem esse auxilio legis. Idem notat glo. i. l.

Breg.  
Hieron.

Nota.



Nota.

in his. ff. de legibus. Est etiam regula in iure q̄ illud quod d̄ vno cū dictione exclusiua negatur de oībus alijs conceditur. Et quod de vno cuz dictione exclusiua affirmat̄ de oīb̄ alijs negatur. Unde dicit textus in. l. his solis. c. de reuoca. donati q̄ privilegium concessum matribus solis non extenditur ad heredes: secus si concederetur matribus simpliciter et non diceretur matribus solis: et similiter quod dicitur de solo filio nō extenditur ad matrem vt habetur in. l. nō ambigitur d̄ legibus. ff. de cōdi. indebi. Cum igitur sancti dicant. solū xp̄m non hūisse originale pct̄m et oēs alios (eo excepto) habuisse aliquod peccatum: sequitur de necessitate q̄ habuit br̄a virgo de facto originale peccatū. Et hoc ideo quia p̄cepta fuit ex seminali p̄cupiscētia et libidine ex qua si xp̄s fuisset p̄cept̄ p̄traxisset et ip̄e originale peccatum vt dicit Aug. amb. et anselmus et sanctus thomas.

Capitū. 32. in quo ponitur sexta ratio sumpta ex parte remissionis peccati.



Extra ratio est talis. D̄s illi quibus necessaria fuit remissio pct̄z habuerūt aliqd̄ peccatuz de facto: q̄ non soluitur nisi ille qui est ligat̄ et peccatū nō remittit̄ nisi ei in quo formaliter existit. sed beate virgini fuit necessaria remissio pct̄z ergo beata virgo habuit aliqd̄ pct̄m de facto. Cōsequētia patet cū maior. Adior̄ v̄o p̄bat̄. Nā anselm̄ i secūdo cur deus hō. sic dicit. Virgo illa de qua hō xp̄us assūpt̄ est: de illis est qui ante natiuitatē eī mūdātū sūt a pct̄is et in ip̄a eius mūdātia de illa assūpt̄ est. Et infra. Virgo maria a peccato p̄ xp̄m mundata est. Et in meditatiōibus dicit q̄ deus animā virginis a primaria labe purgavit. Et bernardus in sermone assumptionis sic dicit. Minimode p̄stat br̄am virginem sola dei gr̄a a peccato fuisse mundatam. Itēz aug. in lib. de p̄fectiōe iusticie. Quisquis inquit aliquē hoīez cē putat cui necessaria nō fuerit remissio pct̄z: excepto vno mediatore x̄ri us est sacre scripture. Et in epistola ad marcellum de bap. paruu. Quisq̄s inquit dixerit cuiq̄z hominū (excepto vno

Aug.  
Ambro.  
Anselm̄.  
Thomas

Anselm̄

Bernardus

Aug.

Idem.

sancto sc̄tōz) nō fuisse in hac vita necessariā remissionē peccatorū multuz errat. nec potest omnino placere celesti medico qui nō est op̄ sanis sed egrotantibus. Et in p̄ de bap. paruu Sana inquit fides: et sana inquit doctrina neminem vnq̄ eorum qui ch̄risto tanq̄ membra incorporati sunt putauit exceptum a gratia remissionis peccatorū. Et in. 2. de bap. paruu Omnis inquit homo qui ex cōcupiscētia nascit̄ renasci indiget vt a peccato sanetur. Et in epistola ad ieronimum de origine anime. Certus sum et firmiter teneo nullam in humano genere esse animam cui nō fuerit necessarius ad remissionē pct̄i xp̄s iesus. Et in eadē epistola. Tenem̄ inquit de hac re sententiā tuam cōtinentem catholicę fidei veritatē quia certi sumus oī aīe humane necessariā fuisse liberatōem ex obligatione pct̄i per iesum ch̄ristum crucifixū. Et in sermone natiuitatis. Dei inquit filius in mundum venit et culpam genitricis abstulit. Nec ille. Idem tenet ambrosius beda eusebius alcuinus et alij doctores. Ex quibus sequitur q̄ virginis fuit necessaria remissio peccatorum.

Idem.

Idem

Idem

Idem.

Nota. genitricis. Ambrosī et alij.

Capitulū. 33. i quo ponitur. 2. conclusio et declaratur quid sit pietas.

Secūda cōclusio ē ista. Dicere beatā virginē nō fuisse cōceptā in originali pct̄o nō est piū. Ad cuius euidētia ē sciēdū q̄ per pietatē intelligitur di cultus quā greci eusebiā siue religionē vocant vt dicit aug. in 10. de ci. dei. Unde pietas ē qua honorē et reuerentiā exhibemus deo. sanguine iunctis. patrie q̄z beniuolis. in quantū sunt nobis essendi et gubernationis principiū. Sūma ergo pietas et sūma religio consistit in hoc q̄ honorē et obsequiū exhibemus deo et rebus diuinis principali t̄ demū parētib̄ et sanguine iunctis. patrie q̄z beniuolis. dū modo honor illoz culti diuino nō cōtrahitur. Et ideo omne dictū vel factū quod derogat honori diuino vel veritati sacre scripture et doctrine sc̄tōz doctoz ab ecclesia approbatorū: est impiū et nō piū. Et summe pietatis genus ē asserere et defendere oppositū eius qd̄ derogat honori diuino et verita

Secūda cōclusio Aug.





ti sacre scripture. His itaqz p̄suppositis probatur precedens conclusio sex rationibus.

**C**apitulum. 34. in quo p̄ditur prima ratio sumpta ex parte contradictionis scripture.

Nota totuz  
ca. p̄ materia  
d̄ redemptōe

Decreta.

Aug<sup>o</sup>.

**P**rima ratio ē talis. Omne dictū qd̄ cōtradicit sacre scripturē ē ipiū. s̄ opinio q̄ dicit br̄az vir. nō fuisse cōceptā in pctō originali s̄ dicit sacre scripture igit̄ talis opinio nō ē pia s̄ ipia. Cōsequētia p̄z cuz maiori ex p̄supposito. 7 p̄ illud qd̄ h̄r̄ di. 9. c. ego solus 7. c. si ad scripturas 7. 24. q. 3. c. heresis 7. 25. q. 1. c. si q̄dam 7. c. de. Et aug. de tri. l. 4. c. 7. Cōtra scripturā catholicus n̄ sentit. Et. 1. de doc. xp̄ia. Titubāt fides si scripture vacillat auctoritas. Et in speculo. Nouū inqt̄ 7 uet̄ testamētū cū oī hūilitate suscipim<sup>o</sup>. Si os aut̄ scripturarū sent<sup>o</sup> si solū fugim<sup>o</sup> s̄ ēt anathematizam<sup>o</sup>. 7 oēs doctrinā q̄ sacre nō p̄sentit scripture veluti alienā a fidei veritate dānam<sup>o</sup>. Adior̄ vero p̄bat̄. Nā sacra scriptura sine oī exceptōe dicit oēs hoīes ex adā seminali p̄pagatos p̄traxisse origiale pctūz vt p̄z ad ro. 3. 7. 5. 7 ad gal. 3. Dicit ēt xp̄z mortuū p̄ oīb<sup>o</sup>. 7 oēs hoīes mortuos spūalr̄ p̄ q̄b<sup>o</sup> mortu<sup>o</sup> ē xp̄s vt patet. 2. ad cor. 5. Et ad thimo. 2. dicit qd̄ xp̄s dedit semetip̄z redēptionē p̄ oīb<sup>o</sup>. Et ad colofenses p̄ dicitur qd̄ redēptio facta per xp̄m ip̄ortat remissio nē pctōz. Sed cōstat qd̄ predicta opinio cōtradicit illis p̄positionib<sup>o</sup> v̄uuerfalib<sup>o</sup>. Quia si virgo maria nō sit cōcepta in pctō: ergo nō oēs hoīes cōtraxerūt peccatum nec oēs mortui sunt spiritualiter p̄ quibus mortuus est christus: vel xp̄s non ē mortu<sup>o</sup> p̄ oīb<sup>o</sup>: nec est redēptor omnium. cuius op̄positum dicit scriptura. Unde aug. in libro yponosticon s̄ primam blasphemiam pelagii sic dicit. Omnes homines vulneratos esse peccato prothoplasti vas electiōis p̄bat cum dicit nō est distinctio oēs ei peccauerunt 7 egent gloria dei. Dicendo oēs neminē excepit. sed totum declarauit genus hūanū. Peccauerūt em̄z oēs: cum ex vno pctōre omnes nascant̄ peccatores: 7 egent xp̄o qui nō est opus sanis sed egrotantibus. Et in. 6. cōtra iulianum. Omnes inqt̄ peccauerunt nemine proliis excepto 7 idigēt christo qui sine pctō vēit. Uos

Aug<sup>o</sup>.

Idem.  
Notanem̄  
excepto.

aut̄ dū aliquē excipitis resistitis fundatissime fidei vbi ap̄t̄ ait per vnū hominē peccatū intrauit in mūdū 7 p̄ pctūz mors 7 ita in oēs pertransiit in quo omnes peccauerūt. Nūqd̄ hec falsa sunt? Quis audeat hoc dicere nisi diuinorum eloquiorū apertissimus inimicus. Et in eodem 7 etiam in. 10. super gē. Per vni<sup>o</sup> inobedientiaz inqt̄ apostolus pctōres cōstituti sūt multi eosqz multos (nō q̄busdā exceptis) sed omnes pctōres intelligi volēs superi<sup>o</sup> ait per vnū hoīem pctūz intrauit i mūdū 7 per pctūz mors 7 ita in oēs p̄trāst̄ in quo oēs peccauerūt. Itē idē in li. de p̄fec. iusticie. Quisquis inqt̄ aliquē hoīez esse putat vel fuisse (excepto vno mediatore dei 7 hoīnū) cui necessaria nō fuerit remissio pctōz cōtradicit scripture vbi apo<sup>o</sup> ait. per vnū hominē pctūz intrauit in mūdū 7 per peccatū mors 7 ita in oēs pertransiit in quo oēs peccauerūt. Et necesse est vt in pia cōtētionē asserat esse posse homines qui sine xp̄o saluante atqz liberātē salui liberiqz sint a peccatis: Et de natura et gr̄a. Omnes inquit peccauerūt vel in adāz vel in se ip̄is. quia sine pctō non sunt vel qd̄ originaliter traxerūt vel qd̄ malis moribus addiderunt Et antiquos 7 recentiores 7 nos 7 posteriores nostros sententia ista complectitur quia per vnū hominem peccatum intrauit in mundum 7 ita in omnes pertransiit in quo omnes peccauerunt. Et sic patet qd̄ dicere beatam virginem non contraxisse origiale peccatū est contradicere sacre scripture igitur opinio illa non est pia sed impia.

**C**apitulum. 35. in quo ponitur ratio sumpta ex parte contradictionis sanctorum doctorum.

**S**ecunda ratio est talis. Omne dictum qd̄ cōtradicit auctoritatibus sc̄tōrū doctorū ab ecclia approbatorum est impiū 7 non pium: sed positō q̄ dicit br̄am virginē nō contraxisse origiale pctūz s̄ dicit auctoritatib<sup>o</sup> sc̄tōz 7c. ergo ē ipia 7 nō pia. Cōsequētia p̄z cū maiori p̄ illud quod habet. 24. q. 3. ubi dicitur. Quid at̄ iniq<sup>o</sup> ē q̄ iniq<sup>o</sup> sapet̄ 7 sc̄tis doctorib<sup>o</sup> n̄ aq̄scescēt. Et 24. q. 3. c. trāst̄erūt 7. 25. q. 1. c. prima sal<sup>o</sup> ē recte fidei regulā

Idem  
Sim fi.  
Nō si excep:

Idem

Idem

Nota de auctoritate sanctorum.

Decre.



Luce  
Adat.Petrus  
Bernardus

Cōciliū.

custodire et a constitutis patrum nullatenus declinare. Et c. contra statuta et xi. q. 3. c. quicumque. Et luce. x. de scriptis dicit. Qui vos spiritus me spiritus et qui vos audit me audit. Et mathei. x. Non estis vos estis qui loquimini sed spiritus patris veri qui loquitur in vobis. Et i. petri. i. spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines. Et bernardus. Nunquid patribus doctores aut deuotiores sumus? Periculose presumimus quicquid in talibus eorum prudentia preterit. Admonet vero probat nam aug. ab hie. gre. leo. euse. hila. ioh. cri. ath. basi. cipr. et alij quod plures quorum vita et doctrina est per ecclesiam approbata ut habetur di. 15. c. scripta ro. ecclesia dicit beatam virginem habuisse originale peccatum et omnes homines excepto christo habuisse aliquod peccatum ut supra allatum est. Ergo eorum sententia debet firmiter teneri et oppositum detestari. Unde in determinatione sancti concilii constantino politani sic habet. Sequimur per omnia sanctos patres et ecclesie doctores athanasium. basilium. hila. gre. theologum. gre. nisenum. abr. aug. theophilum. io. cirillum. leonem. et suscipimus omnia que de ipsa fide et condemnatione hereticorum exposuerunt. Et nota quod ea que de fide determinata sunt per doctores quorum doctrina est per concilia approbata ita tenemur credere sicut et concilia de quibus in cap. scripta octo concilia di. 16. papa proficitur ea usque ad unum apicem immutata debere seruari. Sanctus etiam thomas cuius doctrina est approbata ut infra dicitur expresse cum predictis tenet b. v. habuisse originale peccatum. ergo opinio predictis doctoribus contradicens non est pia.

Cap. 36. in quo ponitur ratio sumpta ex parte predictionis fidei.

**T**ertia ratio est talis. Illa positio que contradicit alicuique fidei omnium catholicorum non est pia sed impii. sed positio que dicit beatam virginem non contraxisse originale peccatum contradicit antique fidei omnium catholicorum ergo non est pia sed impii. Consequentia patet cum maiori per illud quod habetur in simbolo athanasii hec est fides catholica etc. Et. 24. q. 1. c. A recta. Et. 25. q. 1. c. prima sal. Admonet vero probat per aug. i. 2. contra iulianum. Omnes inquit homines illorum primorum parentum peccatum nascuntur obnoxii. Idem qui negat christiane fidei fundamenta subvertere conatur. Una est enim

Decreta.  
Aug.

omnium catholicorum firma fides: qui per unum hominem peccatum intrasse in mundum et ita in omnes pertransisse: vno corde credunt: vno ore fatentur et veras nouitias presumptioes catholica antiquitate subuertunt. Propter quam catholicam veritatem sancti ac beatissimi diuinorum eloquorum clarissimi sacerdotes. hyreneus. cyprianus. reticius. olimpius. hylari. abrosius. greg. theologus. inocentius. iohannes. basilius quibus velis nolis addo hieronymum presbiterum ut ceteros omittam qui nondum dormierunt aduersus vos profertur de omnibus hominum peccatum originali obnoxia successione sententiam: Unde nemmo excipitur nisi solus ille quem homo sine lege peccati concepit. Idem. Et in. 6. contra iulianum. Omnes in adam peccauerunt: vos autem dum non omnes sed multos per adam condemnatos vultis intelligi: horrenda perueritate christiane religioni estis infecti. Ex quo patet quod excipientes beatam virginem ab illa generalitate contradicunt fidei antique omnium catholicorum.

Capitulum. 37. in quo ponitur ratio sumpta ex parte erroris et heresis et superstitionis.



Clara ratio est talis. Illud quod doctores sancti et famosi dicunt esse erroneum superstitiosum et hereticum non est pius sed impius. sed quod beatam virginem vel alius preter christum non habuerit aliquod peccatum sancti et doctores famosi dicunt esse erroneum etc. ergo dicere beatam virginem non habuisse originale peccatum non est pius. Consequentia patet cum maiori per illud quod habetur extra de constitutionibus. ca. ne imitaris ubi dicitur. quod temerarium est a sententiis patrum deuiare. Et ino. ibi dicit. Dictis sanctorum patrum stare licet. et qui dicit quod ipsi dicunt: non potest de temeritate reprehendi. Et hieronymus super ecclesiasticum. Admonet inquit sequere vestigia et ab eorum auctoritate ne discrepes: alioquin tibi occurrunt multa que te ad errorem pertrahent. Et idem habet di. 37. c. relatium et di. 84. c. 1. Admonet vero probat. Nam sanctus thomas. de malo. q. 4. ar. 6. sic dicit. Erroneum est dicere quod aliquis seminaliter ab adam deriuatur absque originali peccato. Sic enim esset aliquis homo qui non indigeret redemptione facta per christum. Idem in. 4. sen. di. 43. q. 1. ar. 4. ad. 3. Erroneum inquit est dicere quod aliquis homo preter christum

Idem.  
In fi.Oserua ex  
coicationem  
in isto caploDecre.  
Inno.

Tho.

Idem.





sine originali pctō cōcipiā: qz talis nō indigeret redemptiōe  
 facta per xpm. z sic xps nō esset oīum hoīuz redēptor. z ideo  
 nō pōt sine errore poni qd aliq̄s p̄cipiā sine pctō. Et. p. scde  
 q. 81. ar. 1. sic dicit. Scd̄z fidez catholicā est tenenduz qd pec  
 catum p̄mi hoīs in oēs homines ab ipso seminaliter p̄pa  
 gatō originaliter trāsīt. Et ar. 2. vbi supra. Secūdū inquit fi  
 dē catholicā est firmiter tenēdū qd oēs hoīs p̄ter solū xpm  
 ex adā deriuati peccatū originale contrahunt. alioquin non  
 indigerent redēptiōe facta per xpm. Id. ille. Item bernar  
 dus. Libēter inquit virgo hoc honore carebit quo vel pecca  
 tū honorari. vel falsa videtur induci sanctitas. Nulla enī ra  
 tione ei placebit contra ritū ecclesie: p̄sumpta nouitas / ma  
 ter temeritatis / filia superstitionis / soror leuitatis: Nec ille  
 ¶ Itē augustinus in. 5. 3 iuli. sic dicit. Ceterū corpus cristi i  
 de dictū est venisse in similitudinez carnis peccati: quia om  
 nis alia hominum caro est caro peccati. Quisquis hoc ne  
 gat z carnem christi ita comparat etiaz carni ceterozū homi  
 num nascentium. vt vtramque asserat esse equalis puritatis  
 detestandus hereticus inuenitur. Et in li. de fide ad petrum  
 postq̄ posuit illa. 40. capitula inter que est illud firmissime  
 tene zc. in fine libri sic dicit. Nec igitur. 40. capitula ad regu  
 lā vere fidei pertinentia: fideliter crede. fortiter tene. patien  
 terqz defende. z si quē cōtraria hys dogmatizare cognoue  
 ris: tamq̄ pestē fuge. z tamq̄ hereticū abiice. Ita ei ista q̄ po  
 sum: fidei catholice p̄gruūt: vt si quis si solū oīb<sup>o</sup> s̄z etiā sin  
 gulis voluerit p̄dicere. in eo qd̄ singulis repugnat / z hys cō  
 traria docere si dubitat: hereticus z fidei xp̄ane inimic<sup>o</sup> atqz  
 ex hoc oīb<sup>o</sup> catholicis anathematizād<sup>o</sup> appareat. Et alber  
 tus magn<sup>o</sup> in. 3. d. 3. Dicere iquit br̄z vir. nō fuisse cōceptā  
 in pctō originali ē heresis p̄denata a beato bernardo z ab oī  
 b<sup>o</sup> magistris parisiis. Et alexāder de ales. Si inqt̄ br̄a vir  
 go nō cōtraxisset originale pctūz nō indignisset xp̄i redēptiō  
 ne. qd̄ nō ē secūdū fidē tenēdū. Et bonauētura in. 3. Si in  
 qt̄ br̄a vgo nō habuisset aliqd̄ pctūz: nō fuisset xp̄i morte re  
 dēpta. qd̄ ē impiū z nephariū. Et guido carmelita z iohannes

prima scde

Idem.

Bernardus

Aug<sup>o</sup>.  
q̄ in. fi.

Idem.

Nota aug<sup>o</sup>.

Albertus

Alexander.

Bonauētura

Guido.

de poliaco dicūt esse hereticū tenere br̄z virginē nō habuis  
 se originale peccatum.

¶ Capitulum. 38. in quo ponitur ratio sumpta ex determina  
 tione ecclesie.



Quinta ratio ē talis. Illa positio q̄ cōtradicit deter  
 miatiōi ecclesie / si ē pia s̄z ipia: s̄z positio q̄ dicit bea  
 tā vir. si p̄traxisse orig. pctūz p̄tradicit determina  
 tiōi ecclesie: q̄ nō ē pia s̄z ipia. Et sequētia p̄z cū ma  
 iori p̄ illud qd̄ hētur. 24. q. 1. c. quoties z ca. hec ē  
 fides z. c. a recta. Ad d̄ior vero p̄bat. Inā i cōcilio numidie ce  
 lebrato auctoritate innocēti pape. z in cōcilio milletū au  
 ctonitate b̄ti 303imi celebrato: determinatū fuit hāc eē regu  
 lā fidei sine oī exceptiōe: qd̄ oēs hoīs ab adā seialiter p̄paga  
 ti i pctō origiali sūt p̄cepti. Et fuit ibid̄ creatū capitulū firmi  
 ssime tene zc. z capitulū placuit vt hētur de pse. di. 4. ubi dicit̄  
 Placuit vt q̄cūqz paruulos dicit ex adā nihil trahere origia  
 lis pcti anathema sit. z ideo hētur in. c. q̄sq̄. Vñ si q̄s diceret  
 ioāne baptistā v̄l apostolos nō habuisse origiale pctūm esset  
 hereticus qz p̄diceret illis cōcilijs q̄ neminē a pctō excipiūt n̄  
 xp̄z. Ita z q̄ dicūt br̄z virginē nō habuisse origiale pctūz: p̄tra  
 dicūt illis p̄cilijs. Itē aug. ad optatū de origine aie sic ait. Te  
 aut̄ carissime frater admoneo / ne heresiz nouā minus caut<sup>o</sup>  
 incurras: q̄ antiq̄ssime fidei stabilita molitur fundamēta cō  
 uellere. Cuius auctores vel acerrimi suasores cū celesti<sup>o</sup> z pel  
 lagi<sup>o</sup> extitisset: p̄cilioz ep̄aliū vigilātia / in adiutorio saluato  
 ris q̄ suā tuēt ecclesiā a duob<sup>o</sup> venerabilib<sup>o</sup> antistib<sup>o</sup> aposto  
 lice sedis (papa. v3. innocēti z 303imo) toto terraz orbe dā  
 nati sunt. qz paruuloz aīas nihil ex adā origialis peccati tra  
 here conantur asserere. Inā in epistola b̄ti 303imi sic legitur.  
 Nullus enim nisi qui peccati seruus ē. liber efficit: nec redēp  
 tus dici pōt nisi q̄ vere per pctūz fuit aīe capti<sup>o</sup>. Sicut scri  
 ptū ē. Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Per ipm̄ ei  
 renascimur sp̄ualiter / ip̄ius morte mortuus ab adā oībus no  
 bis / introducte atqz trāsmissē vnuerse anime. illud propaga  
 tione cōtractū cyrographū rumpitur: in quo nullus ē oīuo

Concilia.

Aug<sup>o</sup>.



natorum qui antequam per christi gratiam liberetur. non teneatur obnoxius. In his enim verbis apostolice sedis: tam antiqua atque fundata certa et clara est catholica fides: ut neque sit dubitatio christiano. Sola igitur christi morte. non unius aut aliquarum sed uniuersarum animarum propagatione contractum mortis circographum quod omnes tenent obstrictum rumpendum est. Memine igitur nasci ex adam nisi vinculo delicti et damnationis obstrictum neminemque inde liberari nisi renascendo per christum: tamen inconcusse tenere debemus. ut sciamus qui hoc negauerit: nullo modo ad christi fidem pertinere. Ad mediatoris tamen animam nullum ex adam traxisse peccatum. dubitare fas non est: quia eius caro venit ex virgine et non ex libidine concepta est. Nec ille. Similiter eugenius. 7. in concilio florentino determinauit quod omnes homines excepto christo contraxerunt originale peccatum. Et decem alij summi pontifices idem tenuerunt sicut supra allegatum fuit. Ad euidenciam huius rationis est sciendum quod quattuor modis aliquid potest dici determinatum ab ecclesia. Primo quia illud habetur in sacra scriptura que in omnibus suis punctis et clausulis tenenda ut habetur di. 9. ca. ego solus. Et ca. quis nesciat. Secundo si illud habetur ex communi doctrina sanctorum approbatorum. precipue concurrentibus ad id doctoribus posterioribus scolasticis pro maiori et saniori parte. Tertio si illud sit positum in corpore iuris confirmantibus glosatoribus et concurrente maiori et saniori parte summorum et postillatorum iuris canonici. Quarto si illud appareat ex aliquo particulari decreto summi pontificis. et precipue illud approbante aliquo generali concilio. Nec autem propositio omnes homines preter christum habuerunt aliquod peccatum. et omnes homines ab adam seminaliter propagati contraxerunt originale peccatum est omnibus predictis modis determinata. ut habetur ad rom. 3. 5. et ad gal. 3. 7. 2. ad cor. 5. et prime ad thimo. 2. Est etiam. 7. modo est determinata quia doctores ab ecclesia approbati hoc dicunt et quidam eorum expresse asserunt beatam virginem habuisse originale peccatum. Et triginta sancti hoc confirmant cum. 150. magnis theologis. Est etiam determinata. 3. modo: quia ponitur

Eug. 4.  
4

Quadrupliciter aliquid potest dici determinatum ab ecclesia.

Est enim prope definita.

tur in decretis. de pse. di. 4. c. firmissime. 7. c. placuit. 7. c. quis. Et ad B. occurrit. 27. clarissimi postillatores iuris canonici qui expresserunt beatam virginem habuisse originale peccatum ut supra allegatum est. Est etiam determinata. 4. modo per innocentium in concilio numidie celebrato: et per zozimum in concilio cartaginensi. et per bonifatium in concilio milletano. et per eugenium in concilio florentino. alijs etiam summis pontificibus antiquis hoc confirmantibus. Ergo positio que dicit oppositum non est pia: quia contradicit spiritui sancto qui est auctor sacre scripture.

Capitulum. 39. in quo ponitur ratio sumpta ex parte carentie veritatis.



Extra ratio est talis. Nulla positio que caret veritate et derogat dignitati christi est pia: sed predicta positio est huiusmodi: ergo non est pia. Consequenter per cum maiori per aug. et habetur in glo. ad cor. 15. Per horredum est fallum aliquid de deo dicere etiam si ad dignitatem eius videatur pertinere: quia non minori sed maiori fortassis scelere laudat in deo falsitas: quam vituperetur veritas. Et Job. 13. Non indiget deus nostro mendatio ut pro ipso loquamur dolos. Et dauid. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et bernardus. Virgo regia falso non eget honore. Ad nos vero probatur. Quia illud quod contradicit sacre scripture et doctoribus sanctis et determinationi ecclesie: caret veritate. Quod enim ab omnibus et maxime famosis dicitur: fidem habet quod ita sit ut dicit in libro de som. et vigi. et in. 7. ethi. Sed predicta positio est huiusmodi: ergo etc. Quod autem predicta positio deroget dignitati christi patet. Nam ad dignitatem christi pertinet quod nullus sit ei equalis in sanctitate ut sit sanctus sanctorum: et quod nullus sit ei equalis in puritate et quod ipse solus fuerit sine omni peccato. Unde dicit aug. de fide ad petrum. Licet caro christi et omnium hominum unius eiusdemque nature sit. hec tamen quam dei verbum ex virgine sumere dignatus est: sine peccato concepta est. Et hec est carnis illius dignitas singularis. Et similiter ad dignitatem christi pertinet quod ipse fuerit redemptor omnium et quod sit mortuus pro omnibus. Sed si beata virgo non habuisset originale

Ecclia.

Aug.:

Job. 13.  
David  
Bernardus

Aug.





Tertia conclusio.

Bonaventura.  
Sol.

Replica

Sol.  
Replica

Bernardus.  
et alij

per hanc predictam christo non conveniret ut de se patet igitur etc.

**C**apitulum 40. in quo ponitur 5. conclusio cuius suscipiuntur.

**T**ertia conclusio fuit ista. Opinio que dicit beatam virginem fuisse conceptam in originali peccato: est maxime pia. Nec conclusio licet posset probari sex rationibus sicut procedens tamen causa brevitatis duo media adducam. Et primo sic. Illa opinio que est facta data in auctoritatibus sacre scripture, et canonis et sanctorum doctorum, et in determinationibus conciliorum: et summorum pontificum, quam omnes doctores famosi in theologia et in iure canonico approbant: est maxime pia, sed nostra opinio est huiusmodi ut patet ex rationibus precedentibus, igitur est maxime pia. Secundo sic. Illa opinio que pertinet ad honorem et singularem dignitatem christi est maxime pia: sed nostra opinio est huiusmodi ut in precedenti ratione probatum est: ergo est maxime pia. Et ideo bene dicit bonaventura quod hec opinio est securior: quia magis congruit fidei pietati.

**A**d istas rationes dicunt quidam quod predicta propositiones vel similes intelliguntur de lege communi: et non se extendunt ad personas privilegiatas. Beata autem virgo fuit per speciale privilegium a lege communi excepta. Sed contra hanc fugam arguitur sic. Nulli seipsum vel alium a lege communi exemptum asserenti: credendum est nec credi debet: nisi privilegium ostendat et de ipso fidei faciat ut habet de ceterisima. c. 3. morum. 7. 25. q. 2. c. omnes. Et alleganti privilegium non creditur ei nisi illud ostendat ut notatur extra de privilegiis. c. porro. Et li. 6. e. ti. c. cum persone. Et extra de fide instrum. c. accepimus. Sed isti non possunt ostendere aliquod privilegium bullatum in quo excipiatur beata virgo a regula universali fidei decreta de conse. di. 4. c. firmissime et c. placuit. ergo continetur sub illa regula. Et si dicatur quod imo ostenditur privilegium quia fuit revelatum cuidam abbati: Ad hoc dicitur quod illa revelatio non est autentica nec bullata ut dicit beatus Bernardus et sycardus episcopus. et iohannes beletus. et guillelmus in suo rationa. et bonaventura que fuerunt doctores vitae et doctrina preclari. Sicut persone que talis revelatio dicitur fuisse facta sunt persone suspecte, carnalibus vitijs dedit: nihil in se spiritualitatis ostenden-

tes. Secundo quia predictae revelationes repugnant sacre scripture et dictis sanctorum que spiritu sancto inspirati a que sunt vere revelationes dixerunt beatam virginem fuisse conceptam in peccato originali. Tertio quia minus erat dubitandum de christo an esset in peccato conceptus quam de matre eius sed hoc non obstante sacra scriptura. et sancti doctores. faciunt mentionem de privilegio christi et exceptione eius ab illa lege et regula ubi que ponit ad ro. 3. et 5. assignantes causas quare ipse excipitur quia vix non fuit conceptus per concubitum. nec ex concupiscentia: Ergo si beata virgo fuisset ab illa regula universali excepta: scriptura vel sancti doctores de eius privilegio et exceptione mentionem fecissent. sed sancti negant illud privilegium et dicunt expresse eam contineri sub illa universali regula fidei. omnes peccaverunt: ergo beata virgo non fuit excepta. Quarto quia beatus attonius archiepiscopus florentinus dicit quod sancte catherine de senis fuit a deo revelatum quod beata virgo fuerat in originali peccato concepta.

**A**dditio. **Q**uod vero expresse christus de quo minus erat dubitandum sit ab illa universali regula exceptus patet. tum per spiritum sanctum in sacra scriptura. tum per determinationem ecclesie in concilio. tum ex sanctorum doctorum auctoritatibus: qui spiritu sancto informate hoc expresse de christo solo dixerunt. Spiritus namque sanctus in scriptura in multis locis veteris et novi testamenti hoc de christo expresse: ex quibus pauca in medium offeram. Et primo ps. 20. qui ad lram est de christo dicit. **D**ne puenisti cum in benedictionibus dulcedinis ubi glosa. or. ait. Benedictiones dicit immunitatem peccati: quia christus donatus est in conceptione. Item ps. 21. **D**e ventre matris mee deus meus. Glosa. quia nec conceptio sine deo facta est. Non enim in peccato conceptus sum ut alius homo: sed de spiritu sancto conceptus sum et natus. Item in eodem ps. **E**rue de manu canis unicum meam. Glosa. Unica fuit anima christi: que sola a peccato est immunis. Item ps. Non est qui faciat bonum non est usque ad unum. glosa. interlinealis que ponitur ad ro. 3. Ubi eandem auctoritatem. apostolus allegat: dicit. Non est qui faciat bonum preter christum: non est usque ad unum. i. nec unus nisi christus. Item luc. 1. quod ex te nascetur scriptum etc. Et quod bene intelligat de natiuitate in utero: declarat per id quod math. 1. dicit. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto

Supra. c. 22



est. Itaqz euangeliste exp̄sse excipiūt x̄pm. Itē ip̄e ap̄lus qui  
posuit regulā vniuersalez ad ro. 3. 7. 5. ip̄e exp̄sse x̄pm excepit  
ad ro. 8. dicens. eūmissum in similitudinē carnis pcti: vbi gl.  
ordi. dicit. Nō in carnē peccatricē: qz nō cum mater / cōcupis-  
centia: sed gr̄a concepit. Non peccatrix: ergo fuit: qz nec libi-  
dinis concupiscentia cōcepta: nec peccati causaz in se habuit  
nec in ea ip̄e peccauit. In pena ergo similis est nostre: nō in q̄-  
litate peccati. Itē ip̄e ap̄lus ad hebre. 7. dicit. Nō habemus  
pōtēficem qui nō sciat cōpati infirmitatibus nr̄is. tēptatū āt  
p oīa p similitudine absqz pctō. i. p omnia nobis similis nisi i  
peccato. Ecce claram exceptionē. Itē habetur ex multis sa-  
cre scripture locis iuxta sanctorū doctozū expositiones. de qui-  
bus lacius dictū est supra. c. 26. ¶ Est etiam hoc p determi-  
nationē ecclesie v̄tis diffinitū. Et primo in simbolo dicendo  
Qui cōceptus est de spiritu scō zc. Itē 2. determinauit hoc  
diffiniēdo in scilio vniuersaliter ip̄m x̄pm nullum peccatū ha-  
buisse. p quo oblatione redemptiōis indignissz: z anathema-  
tizauit dicentes cōtrarium. Unde in cōcilio ephesino. primo  
habetur sic. Qui dicit x̄pm p se obtulisse semetip̄m oblatio-  
nem / z nō p nobis solum. ( nō enī p seip̄o eget oblatiōe qui  
peccatū oīno nesciuit ) anathema sit. Nec ibi: qd̄ mltuz notā-  
dum est in ista materia. Cōfirmatur hoc p illud qd̄ ap̄ls ad  
hebre. 7. dicit loquēs de x̄pi sacerdotio. Qui nō habet neces-  
sitatē quēadmodū sacerdotes p suis delictis hostias offer-  
re. glo. interli. Sed hoc fecit. s. offerre nō p suis sed p populi  
delictis. Sancti quoqz doctores hoc exp̄sse d̄ x̄po solo dicūt.  
Unde sup illud luc. 1. Idic est filius me⁹ zc. Dicunt remigi⁹  
z greg. In solo christo deo cōplacuit: quia in ip̄o solo pecca-  
tum nō inuenit z in multis alijs locis vt in toto isto libro di-  
ctum est. Cum ergo spiritus sanctus in scriptura sacra / vni-  
uersalis ecclesia in concilijs / sancti quoqz doctores in scri-  
ptis suis de christo expressam faciant exceptionē ab illa vni-  
uersali regula: sub qua minus videbatur qz x̄ps cōtineret: mul-  
to fortius de beatissima virgine fecissent: qd̄ nō solū nō fece-  
rūt: s̄z oppositū i scriptis suis reliq̄rūt z p̄dicauerūt. vt patet

de augustino. anselmo. bernardo z multis alijs qui oppositū  
dicunt ip̄am virginem noiando.

¶ Cap̄lm. 41. in quo ponūtur tria correlaria cum suis pro-  
bationibus.

**P**rimū correlariū fuit istud. Nō est licitū crede-  
re v̄l tenere beatā virginē fuisse cōceptā sine pec-  
cato originali. Istud correlariū pbatur vnica rō-  
ne cōtinēte oīa media q̄b⁹ fuit pbata. 2. conclusio.  
Nā illud dictū qd̄ dicit auctoritati sacre scri-  
pture z scōz doctoz: z antiq̄ fidei: z determinationi eccle-  
ie: z repugnat dignitati z veritati x̄pi: nō est licitū credere: s̄z po-  
sicio q̄ dicit beatā virginē nō fuisse cōceptā in originali pctō est  
huiusmodi vt supra pbatū est: ergo nō ē licitū tenere vel cre-  
dere ip̄am nō habuisse originale peccatum.

Primū cor-  
relarium.

¶ Scd̄m correlariū fuit istud. Nō est licitū p̄dicare beatā  
virginē nō hūisse originale pctm. Probat. Nā illud qd̄ repu-  
gnat auctoritatibus scripture: z scōz z antique fidei oīuz ca-  
tholicoz z dignitati x̄pi nō est licitū alicui p̄dicare: sed p̄di-  
cta positio est huiusmodi vt supra pbatū est: ergo p̄dictam po-  
sitionē non est licitum alicui p̄dicare.

2. correlariū

¶ Tertū correlariū fuit istud. Nō est licitū audire p̄dicā-  
tes beatā virginē nō habuisse originale pctm. Probat. Nā  
nulli licitū est audire doctrinā corruptiua fidei: z d̄dicētē au-  
toritatib⁹ sacre scripture z scōz doctoz: z derogātes honori  
z singulari p̄rogatiue saluatoris nr̄i iesu x̄pi: sed p̄dicta posi-  
tio est h̄mōi: ergo nō est licitū audire p̄dicātes talē positio-  
nē. Scd̄o nulli est licitū dare alteri occasionē peccandi imo  
quātū p̄t debet primū a pctō retrahere: s̄z qui audiūt p̄di-  
cātes beatā virginē fuisse cōceptā sine pctō originali dant eis  
occasionē peccādi: qz dāt eis occasionē dicēdi mēdaciū z pra-  
ue exponēdi sacras scripturas: z falsa miracula cōfingere a  
quib⁹ malis retraherētur si nō haberēt auditores ergo nō ē  
licitū tales p̄dicātes audire.

3. correlariū.

¶ Ut nos illustrissime princeps qui veritatis lumē h̄sperim⁹  
relicto populari errore aplectimur veritatē quā nobis apli





et alij doctores sanctissimi in suis codicibus tradiderunt. Ego quod dem (ut verbis utar augustini contra iulianum) teneo quod pres illi clarissimi christiane fidei fundatores tenuerunt. credo quod ipsi crediderunt doctores quod ipsi docuerunt. predicatio quod ipsi predicauerunt: et sine ulla hesitatione affirmo omnes homines excepto christo aliquod habuisse peccatum et beatissimam virginem post incarnationem: et originalis peccati participationem citissime per copiosum munus gratie fuisse mundatam: ut soli christo sancti seruetur prerogativa conceptus qui omnes sanctificaret solusque absque peccato veniens purificationem faceret peccatorum.

Explicit prima pars huius tractatus.

Incipit secunda pars in qua ponuntur rationes contrarie opinionis.

**I**n multa mihi dixisse video illustrissime princeps quibus clare intelligere potuisti quid de conceptione beate virginis sancti asseruerit doctores. Adduxi enim ducentorum sexaginta clarissimorum doctorum apertissima testimonia. qui nemine discrepante nobis tradiderunt non esse secundum fidem catholicam tenendum beatam virginem in sui conceptione ab originali peccato fuisse immunem. Sed quia ut ait philosophus in 3. methaphisicorum cognitio veritatis omnes dubietates soluit: idcirco oportunitate satis esse videtur ut in hac parte rationes quibus opinio contraria fulciri videtur adducam. quibus solutis veritas iam declarata magis elucescat et contra errorum periculum expellatur.

Prima ratio opinionis contrarie.

**P**rima ratio fuit talis. Sanctus thomas in 1. 2. sententiarum dist. 44. articulo 3. sic dicit. Beata virgo fuit immunis a peccato originali et a peccato actuali: ergo etc. Ad id fuit dictum quod hoc vocabulum immunis significat liberum ab onere. Quilibet enim homo ab adam seminaliter generatus trahit in sui conceptione duo onera sive duo pondera. videlicet maculam culpe: et fomitem peccati beata virgo traxit in sui conceptione ista duo pondera peccati originali. sed per primam sanctificationem citissime post incarnationem factam: fuit a macula culpe mundata: remanente adhuc in ea fomite peccati secundum essentiam: ligato tamen. Et ideo sanctus thomas in 3. parte. q. 27

ar. 2. dicit quod beata virgo fuit immunis a peccato originali in suo ortu quando videlicet ex utero nata fuit: non autem in sui conceptione. Tempore vero quo fuit preparata ut esset mater dei: tunc superueniente spiritu sancto in eam: fomes peccati qui est etiam pondus et onus peccati originalis: continens virtualiter omnia peccata actualia fuit ab ea totaliter extirpatus: ut non posset de cetero peccare: gratia confirmante illam in bonum et tollente omnem inclinationem ad malum quod nemini alteri exstiti in via creditur fuisse concessum. Et tunc remansit beata virgo omnino sine macula et ruga ut dicit innocentius tertius et alij doctores. Ideo ex tunc potuit dici omnino immunis a peccato originali et ab omni peccato actuali: quia fuit totaliter libera ab onere peccati. Et de tali tempore loquitur sanctus doctor in loco preallegato. Non enim dicit quod fuit immunis a peccato originali in sui conceptione: sed post sanctificationem: et maxime quando fuit preparata: ut esset mater dei: quia in eo articulo agit de nobilitate et puritate quam habuit virgo postquam fuit mater dei. Peccato autem actuali proprie dicitur aliquis immunis quando non habet illud et pro tunc est aptus natus illud habere. Unde asinus non potest proprie dici immunis a peccato quia non est aptus habere illud. Similiter beata virgo tempore sue passive conceptionis non potuit proprie dici immunis a peccato actuali: quia pro tunc non erat apta nata habere illud. Post usum vero liberi arbitrii fuit proprie immunis ab omni peccato: sed non omnino immunis quia adhuc remanserat in ea tyrannus videlicet fomes peccati: virtualiter continens omnia peccata actualia. Sed in conceptione filii per secundam sanctificationem fuit totaliter extirpatus. et tunc et deinceps fuit proprie omnino immunis a peccato originali et ab omni peccato actuali: quia fuit totaliter ab onere peccati liberata. Sed tunc arguens obiecit dicens: quod ille qui est immunis a peccato originali nunquam habuit illud. Ad quod respondi hoc esse falsum: quia omnes baptizati et omnes existentes in gratia sunt immunes a peccato originali ut tenent doctores catholici

l. iij

Innocentius

Nota.

Replica

Pbs.



ci: et illud expressse dicit. S. d. 2. 31. 1. 2. ad. p. et tñ hūerūt illud. Ad  
B. n. q̄ aliq̄s possit dici immunus ab aliq̄ pctō: sufficit q̄ n̄ habe  
at illud p̄ eo tpe quo dicit immunus / quāuis prius habuerit il  
lud sicut habetur extra de purgatiōe cano. c. fi. Beata autē  
virgo licet in sui cōceptiōe habuerit originale pctm̄: tñ post  
aiationē fuit p̄ primā sc̄ificatiōē a macula pcti mūdara / re  
manēte adhuc fomite / q̄ postea p̄ sc̄daz sc̄ificatiōē ī p̄cepti  
one filij fuit totaliter sublat̄. vñ aug. in sermōe nati. vir. sic  
dicit. Si enī adhuc in brā virgine aliq̄d vel pcti originalis v̄  
actualis sub perat: totū spū sc̄o in eā lupuēte mūdātū est  
et ideo tūc fuit oīno immunus ab omni peccato.



Ecūdo fuit adducta auctoritas aug. in li. de q̄n  
q̄z heresib⁹ sub hac forma. Si potuit inq̄nari ma  
ter mea cū eā facerē: potui inq̄nari cū ex ea nas  
cerer: ergo etc. Ad B resp̄odi q̄ auctoritas illa  
mendose allegabat̄: q̄ aliter iacet / sicut ego vi  
di in trib⁹ codicib⁹ vetustissimis de q̄nq̄z heresib⁹ qui sic inci  
pit. Debitor sum fateor. Et in sermone assumptionis qui sic i  
cipit. Sancta atq̄z gloriosa: quē vidi b̄rie i duob⁹ libris an  
tiquissimis vbi sic dicit aug. Dicūt manichei dominū iesū nō  
potuisse per feīam nasci. Nō enī dignum est inquit vt tan  
ta maiestas p̄ sordes et squalores feie trāsire credat̄. S̄z di  
cit tibi manichee / deus creator oīuz filius hoīs. Quid s̄e q̄d  
te permouet in natiuitate mea. Nō sum libidinis conceptus  
cupiditate / ego matrē de qua nascerer feci. ego viaz meo iti  
neri preparavi atq̄z mundavi. Nec quā despicias manichee:  
mater est mea. sed manu fabricata est mea. Si potui inq̄na  
ri cū eā facerem: potui inq̄nari cū ex ea nascerer. Sicut trā  
situ meo illius nō est corrupta virginitas / ita mea ibi nō est  
maculata maiestas. Si solis radi⁹ cloacharū sordes siccare  
nouit et eis inq̄nari nō valet: q̄to magis radi⁹ ille celestis / in  
q̄ nihil inq̄namēti icurrit: q̄cūq̄z radiauerit mundare p̄t. ip̄e  
aut̄ pollui nō p̄t: Sicut ḡ ille. nat⁹ ē solus inter mortuos li  
berlic illius ex qua nat⁹ est pudor / solus est integer. Ex quo  
patet q̄ predicta ex auctoritate bene allegata sequit̄ q̄ vir /

Aug⁹.

Aug⁹.

go maria habuerit aliquod peccatū quia alias non fuisset mū  
data nec sol⁹ x̄ps fuisset inter mortuos liber. Si enī auctori  
tas illa ita iaceret sicut dicebat arguens. tunc illa conditio  
nalis esset impossibilis et heretica. q̄ antecedēs secūdū oēs ē  
possibile et p̄ns ē impossibile et hereticū. Similiter si ex illa cō  
ditionali arguam⁹ a positione antecedētis ad positionē cō  
sequētis. vel ad destructiōē cōsequētis ad destructiōē ante  
cedētis semp̄ sequitur conclusio heretica: ideo talis cōditiōnalis ē  
heretica. et per p̄ns non est augustini. Et ideo grauissime pec  
cant allegantes talem auctoritatē q̄ tāto doctoz heresiz im  
ponunt.

**A**dditio. **E**go q̄q̄z vidi istā auctoritatē. sic i prima  
p̄ona positā. in duob⁹ libris de q̄nq̄z heresib⁹ satis ātiquis  
et legūt illā fr̄es carthusienses in festo purificatiōis beatissi  
me virgi. lecti. 8. Itē fr̄es de brō iherōimo. legūt eā in sabbis  
de brā v̄gine. in sermone q̄ incipit inter multas et est tertius a  
sermone castissimum etc.

**R**atio tertia.



Tertio fuit adducta auctas aug. in li. de natura et  
gr̄a sic dicētis. Excepta v̄gine maria de qua p̄pter  
honorē dñi cū de pctis agit nullā p̄sus volo habe  
re q̄stionē. Et fuit cōfirmata hec ratio q̄ aug. in  
principio libri tractat de pctō originali / ergo in p̄  
dicta auctoritate loq̄tur de originali pctō. Sc̄do q̄ dicit q̄ si  
oēs sc̄ti et sc̄tē possēt ip̄i i terrogari an pctm̄ h̄erēt respōderēt  
si dixerim⁹ q̄ peccatū n̄ habem⁹ etc: clarum est q̄ si loquere  
tur de peccato actuali: dicta propositio esset falsa. quia pueri  
innocētes nō habuerūt peccatū actuale. ergo loquitur de pe  
ccato originali. **A**d hoc fuit responsum q̄ aug. in predicta  
auctoritate loquitur de peccato actuali: **A**d cui⁹ euidētiāz  
est sciendū q̄ pellagius contra quem aug. composuit illum  
librum habuit. 4. precipuos errores. **P**rimus est q̄ pueri n̄  
cōtrahunt originale pctm̄. Sc̄d⁹ ē q̄ multi hoies reperti sūt  
q̄ nūq̄ actualr̄ peccauerūt. Terti⁹ ē q̄ siue adā peccass̄z siue  
n̄: mortu⁹ fuiss̄z. Quart⁹ ē q̄ libido ē quoddā naturale bo  
/

Aug⁹.

Quattuor  
precipui erro  
res pellagi





nū nō proueniens ex peccato. Aug. at in principio libri ipbat  
 primū errorē dicēs q̄ oēs excepto x̄po contraxerūt originale  
 pctm̄. In sc̄da pre libri impbat secūdū errorē ostēdēs q̄ oēs  
 homines puri excepta beata uirgine peccauerunt actualiter  
 post vltimū liberi arbitrij. Et adducit argumētū pellagij hoc  
 mō. Demū pellagius p̄memorat eos qui nō mō nō peccasse  
 vez etiā iuste vitisse referunt Abel. enoc. melchisedech abra  
 am. isaac. iacob. ioseph. iesu nauē. finees. samuel. nathā. heliā  
 eliseum. micheam. daniel. ananiam. azariam. misael. exechiel.  
 mardocheum. simeon. ioseph. ioannem bap. Ad iungit etiam  
 feminas Delboram. annam samuelis. iudith. hester. annam  
 filiā samuelis. elisabeth. z ēt ipsam saluatoris matrē / quā di  
 cit etiam sine peccato confiteri necesse esse pietati. Nec ille.  
 Ecce q̄ pellagius qui dicebat omnes homines esse sine origi  
 nali pctō: ab actuali peccato excipiebat illos. 30. enumeratos  
 Ad hāc obiectiōē august. respondens statim post verba p̄  
 dicta sub infert Excepta hac uirgine maria de qua p̄pter ho  
 nozem dñi cū de peccatis agitur nullam p̄sus volo hēre que  
 stionē. Inde enim scimus plus gratie ei collatū fuisse ad vin  
 cendū oī ex parte peccatorū que illum concipere z parere me  
 ruit quē constat nullum hūisse peccatū. Mac ergo uirgine ex  
 cepta si oēs illos sanctos z sc̄tās quos enumerauit pellagius  
 congregare possemus dum adhuc uiderent z interrogare an  
 peccatum haberent: quid eos respōsuros fuisse putamus: an  
 quod pellagius ait. an quod ioannes dicit si dixerimus quo  
 niā peccatū nō habemus ip̄i nos seducimus zc. De inde sub  
 iungit. Nec dicens pellagius nō attendit in vno homine tur  
 bā z multitudinem esse leuū peccatorū que non debuit vel  
 non potuit scriptura manifestare. Non enim commemoran  
 dus fuit si abel quamuis merito iustus appellatus / paulo ali  
 q̄si immoderatus risit vel animi remissione iocatus ē. vel vi  
 derit aliquid ad cōcupiscendū. vel aliquādo immoderati  
 poma diserpuit vel plusculo cibo crudelior fuit. Nec ille.  
 ¶ Patet ergo ex causis dicendi z ex textu auctoritatis. q̄ lo  
 quitur de peccato actuali. ¶ Dicit enim q̄ ei gratie plus col

latum est ad vincendum pctm̄. Victoria enim est de peccatis  
 actualibus cū quibus pugnamus z nō de peccato originali.

Similiter dicit quod inde sibi plus gratie collatum ē ad vin  
 cendum pctm̄ qz concipere meruit christū: ergo de illa loqui  
 tur p̄ eo tēpore quo fuit mater dñi. Tertio si dicit q̄ nō hūent  
 brā uir. pctm̄: s; dicit q̄ dū de peccatis actualib⁹ agit: nullaz  
 vult de ea habere questionē. d. Illud de pueris: dictū fuit q̄  
 aug. nō loquit de oibus sc̄tis sed solū de illis quos pellagius  
 enumerauit. Et de illis qui interrogati possent respondere.  
 cui⁹ modi nō sūt pueri innocentes. sed solū illi qui habēt vsū  
 liberi arbitrij / quoz nullus fuit sine actuali pctō nisi brā uir  
 go. Quarto p̄ idē ex processu littere quia exemplificando d  
 Abel quē pellagius primo loco nominauerat specificat solū  
 peccata actualia leuia. Et hoc modo predictam auctoritatez  
 exponit magister in. 3. sententiarum. z albertus. alexander. z  
 .s. doctor. z bonauentura. ¶ Ratio quarta.



¶ Quarto fuit adducta auctoritas anselmi in li. de cō  
 cep. uirginali sic dicētis. Decebat ut illi⁹ hoīs cō  
 ceptio: d̄ matre purissima fieret: q̄ illa puritate ni  
 teret qua maior sub deo neq̄t intelligi. Ad hoc fu  
 it respōsū. 1. q̄ anselm⁹ loquitur de puritate quaz  
 hūit uirgo si in sui p̄ceptōe. s; i p̄ceptōe filij dei. p̄ q̄ tēpore per  
 fectissimū gradū puritatis adeptā ē qz nō solū ab oī pctō si  
 cut p̄ primā sc̄tificatōez s; etiā a fomite pcti depurata fuit. q̄  
 puritas fuit maior quacūqz alia q̄ sub x̄po deo possit intelli  
 gi. vñ dicit. Decebat de m̄re purissima zc. Sc̄do dicit q̄ ansel  
 mus dicit puritatē v̄ginis eē sub puritate hoīs dei: qz v̄z x̄ps  
 n̄z origiale n̄z actuale pctm̄ n̄z fomitē pcti vnq̄ hūit. oēs ali  
 j excepta v̄gie hūerūt illa tria p̄ vsuz liberi arbitrij. Brā autē  
 v̄go fuit ifra x̄pm qz hūit originale pctm̄ a quo fuit citissime  
 mūdāta remanēte fomite. Fuit supra alios / qz nūq̄ actualr  
 peccauit z a fomite pcti in p̄ceptōe filij totalr mūdāta fuit.  
 3. fuit dictū q̄ anselm⁹ p̄ v̄ba p̄dicta statī subiūgit. Qualē  
 at eadē v̄go mūdāta sit dixi vbi aliā rationē de hoc ip̄o de q̄  
 hic agitur reddidi. Un̄ remittit se ad libz cur de⁹ hō vbi di

Doctores.

Anselmus

.2. solutio.

.3. solutio.



Prover.

2d.

Lat.

rit q̄ brā virgo fuit a pctō mūdāta vt supra dictū ē. c. 17. S3  
 p̄ hāc rñsionē q̄ ē sc̄ti thome z bōauētura z alioꝝ doctoꝝ ob/  
 iecit arguēs dicēs q̄ ille q̄ hūit alī maculā pcti nō pōt dici pu/  
 rissim⁹ qz purissimo repugnat oīs macla. Ad h̄ negauī assūp/  
 tū z dixi q̄ ad hoc q̄ aliqd̄ dicat purissimū sufficeret q̄ p̄ tūc  
 nil inq̄namēti in se hēat ēt si prius iqnātū fuissz. Uñ puerbio  
 rū. 25. d̄f aufer rubiginē de argēto z egrediet vas purissimuz  
 Quā auctoritatē exponūt doc. de brā vir. que postq̄ munda  
 ta fuit a rubigine peccati remansit purissima. Et dauid post  
 quā dixit. Ecce enī in inq̄tatib⁹ cōcept⁹ sum subiūxit. Asper  
 ges me dñe isopo z mūdabor lauabis me z sup̄ nīnē de alba/  
 bor. Et de apostolis dicitur candidiores niue nitidiores lacte  
 qui tamē fuerunt ante peccatis etiam actualibus sordidi.

¶ Ratio quinta.



Quinto fuit adducta auctās cāticoꝝ. 4. tota pul/  
 chra es amīcarnea z macula nō est in te. ergo v̄go  
 nō hūit pctm̄. Ad hoc dictū fuit q̄ p̄dicta auctori/  
 tas quātū ad sensū litteralē ex q̄ solo pōt sumi effi/  
 cac̄ argumētū vt dicit dio⁹. intelligit̄ de ecclia secū/  
 dum qd̄ cōprehēdit nouū z vetus testamētuz. Non p̄ oī tem/  
 pore sed tēpore Josue quo interfectis oībus qui peccauerāt  
 in pctō phēgor remāsit ecclesia pro illo tēpore sine notabili pe/  
 ccato vt p̄ tunc posset dici totam esse sine macula. Et hoc mō  
 expōit nicolaus de lira. Quātū autē ad sensū spūalem p̄t ada/  
 ptari ad brām vir. in qua nūquā fuit macula que virginitati  
 opponat̄ sed semper virgo imaculata fuit z in qua nunq̄ fu/  
 it macula pcti actualis. Si vero intelligat̄ de macula pcti ori/  
 ginalis: tūc verificat̄ postq̄ fuit sc̄tificata. z veri⁹ postq̄ fuit  
 m̄i dei. z ad huc veri⁹ p̄ eo tēpore quo fuit assūpta: vñ cātant̄  
 p̄dicta verba in festo assūptionis. Tūc enim aīa v̄ginis fuit  
 sine oī macla z sine oī ruga vt dicit bernard⁹. Et hec fuerūt  
 argumēta magistri bap. carmel' d̄ ferraria. ¶ Sexta ratio.  
 Sexto fuit argutū sic. Cū plenitudine gr̄e si stat aliq̄s d̄  
 fect⁹. S3 beata virgo fuit plena gratia: ergo zc. Ad  
 hoc dictū fuit q̄ brā virgo nō hūit plenitudinem gratie

tempore sue passue conceptōis sed tēpore quo erat p̄ceptura  
